

*To S. Agusti*

VERA ET  
PROPRIA ENARRA-  
TIO DICTI CHRISTI IOANNIS  
VI. Caro non prodest quicquam, &c.  
à Reuerendo uiro sanctæ memoriae  
D. MARTINO Lutheru scripta contra  
Sacramentarios, & in sermonem Latinum  
per IOACHIMVM Vuest  
phalum conuersa.


Gene. 3.

Et ait Dominus ad serpentem, Inimicitias ponā  
inter te & mulierem, & semen tuum & semen  
illius, ipsum cōteret caput tuum, & tu  
insidiaberis calcaneo eius.

FRANCOFORTI  
apud Petrum Brub,

Anno Domini  
1554.

8 1559.



A 2203

PIOLE  
CTORI DEI GRATIAM  
ET IN VERA DOCTRINA  
Catholicæ fidei integritas  
tem optat  
Ioachimus Vuestphalus.



T in horto inter odo-  
ratis herbas Zizania u-  
berim crescunt, & ter-  
ram late occupant, si ne-  
glecta non euellantur, &  
extirpentur, Ita in Eccle-  
sia, quæ Dei est hortulus,  
falsa doctrina radices agit, & serpit late, si non la-  
bore, & cultu assiduo ab erroribus pullulantibus  
repurgetur. Error de sacro sancta Domini nostri  
cœna, ante annos ferme triginta exortus, magna in-  
crementa sumit, & inualescit hoc tempore, inde  
nimurum, quia multi, quanto possunt opere, ista zi-  
zania disseminant, sownent, & tuentur, nemo uel  
pauci admodum euellant.

Hæresis tollens ex Eucharistia corpus & san-  
guinem Domini præ alijs infestat & inficit exer-  
tos populos in ijs regionibus, in quibus ferè fauor-  
es falsi dogmatis funguntur tam ciuili quam

## EPISTOLA

ecclesiastica administratione, & sibi studio habent,  
placita sua propagare, & in eam persuasionem a-  
lios inducere, quæ alte in eorum animis insidet, nō  
aliter quam si cum indubitate ueritate, & fide ca-  
tholica per omnia consentiat.

Nemo ibi uel uoce uiua pro concione, uel scri-  
ptis malo resistit, nec facile cuiquam permittitur,  
ut quod rectè pieq; sentiat, palam profiteri, &  
quod sane doctrinæ aduersetur, redarguere aude-  
at impunè. Si quis adoratur hydæ istius caput  
resecare, uel saltē si quisquam præbeat significatio-  
nem ab alijs se dissentire, non bene aliquo apud  
Sacramentarios loco constiterit. Non alijs itaq; ser-  
mones, quoties fit mentio de sacratissima synaxi, in-  
geruntur auribus & animis, nec alijs in eorum li-  
bris leguntur, quam qui rectam fidem labefactant  
& subuertūt, falsam insinuant, alunt & confirmāt.

Pauca extant latine scripta, quæ fideles Eccle-  
siae custodes opposuerunt ad cohibendum errorē  
cū emerget & dilataret se primum. Libri uul-  
gati in latina lingua non multi ex Germania per-  
ueniunt ad exterios, iamq; ante tot annos diuen-  
tuti ne quidem reperiūtur uenales. Ut maxime ad  
alias nationes importentur, per pauci tamē intelli-  
gunt eos, propter latini sermonis ignorantiam,  
Bona pars librorum in hoc genere prodijt Ger-  
manico

manico idiomate conscripta pro Ecclesijs Germanis, ut omnibus suppeteret copia legēdi ac premu niēdi se, ne uicina cōtagia lāderēt. Sed ut libri illi gnaris Teutonicæ lingue inseruiūt, ita nihil cōfērūt ignaris. Inde fessus religionis multis seculis contaminatæ repurgator D. Luther: qđiu superstes in suo decurrebat curriculo, repressit fortiter impressionē factam à copijs pro noui dogmatis defensione facientibus stipendia. Auditores suos uoce instruxit, alios longius dissitos scriptis armavit, existimans, neutiq; ferendum, ut dum uetus error permultos & graues repurgaret, alijs noui, sub prætextu emendationis, irruptione facta, Ecclesias uixdum instauratas subuerterent.

Inter labores multos & difficiles exantatos tanquam ab Hercule indefatigato, pugnante cum omnibus monstris, non leuissimum sustinuit in di micatione diurna contra Sacramētarios Antagonistas non segnes nec remissos, qui inter aduersarios omnes, quamuis molestos, præbuerunt illi uiro multū negocij & molestiæ, neq; ullo modo aut ulla parte alijs cesserunt aciem stylī in eum stringendo.

Non minimā inter præclara eius opera depositū sibi laudem tres libri quos scriptos reliquit pro ad serenda corporis & sanguinis Christi presentia in coena, ad repellendū falsitates ab inflatis spiritibus introductas. Permagna inde utilitas rediit ad

quamplurimos: præcluserunt uiam ne latius erum  
peret contagio, præsertim in Ecclesiis Germania  
cas uicinas, alicubi sanauerunt iam infectos, dubios  
et nonnihil uacillantes confirmauerunt, perplex  
eos et irretitos istorum strophis uersutis explicue  
runt, reduxerunt in uiam abreptos ad deuin, con  
seruauint nonnullos intactos etiam inter Sacramē  
tarios, alios cōmouerunt, ut accuratius discussa cō  
trouersia, et inquisito uero, reciperen se in Eccle  
sie castra, unde seducti transfugerunt, ita alijs fue  
runt pro alexipharmaco, alijs pro antidoto, alijs p  
salubri medela. Non minus adhuc in illis locis ha  
berent efficacie, ubi Infoelix lolium, et steriles do  
minantur auene, si in nota lingua copia legendi  
daretur, uel seductis, uel uersantibus in periculo,  
ne seducantur, addo insuper, profuturos etiā ipsis  
ducibus et magistris aliorum, saltem aliquibus, si  
paulisper sepositis falsis suis persuasionibus ad ani  
mum admitterent inquirere ueritatē, et manfestat  
ueritati uellent cedere.

Paralogismos, sophismata et præstigias sacramē  
tariorum perspicue, euidenter, uere, grauiter, et  
solide dissoluit, refutat, et redarguit, ut prædictus  
mediocri iudicio, et non negligenti adhibita ani  
maduersione, his adiutus deprehendat istorum fal  
lacias, et pudor sit ei, qui non omnino posuit pu  
dore, dissentire, et necesse habeat uictū se fateri, et  
detestari

## N V N C V P A T O R I A :

detectari errorem. Speciocissima & neruofissima  
Quæq; argumenta seu potius humanae sapientiae no-  
emata, in quibus Sacrametarij collocant summam ui-  
ctoriae, collata cum illius claris, firmis, & solidis de-  
monstrationibus plane apparent non dedita ope-  
ra cœcutienti, esse stipulae & fculnea præsidia.

Scrutati sunt per annos aliquot omnes indagi-  
nes certamine feruente, intenderunt omnes neruos  
ingenij, & omne rationis acumen, commenti sunt,  
quicquid ualeat humana sapientia in mysterio abdi-  
tissimo cōminisci, ornarūt sua inuenta quoq; po-  
tuerūt colore, specie et suco, nubil admodū relictū  
est discipulis ad nouā inuentionē, repetunt dictata  
magistrorū, quanq; variata, & alio habitu uestita,  
adhibent & usurpāt monstratas ab illis artes. Cū  
adfectant discipuli laudem solertia et nouae inuen-  
tionis, deformiorem edunt partū, & deteriora, q;  
magistri unū proferūt. Labyrinthi omnes reclusi,  
nodi rescissi sunt à Lutbero. Suppediūt nobis tres  
libri, quib. ille laqueos magistrorū disrupt, arma  
ad infringendū nexus fallaciarum, quātumcunq; ar-  
ctis & pplexis uinculis constringūt & connectunt  
suos funiculos, quib. alios implicat. Verū quo mi-  
nus his armis utatur Germanicū sermonē nō intelli-  
gētes illud obstat, q; preclara illa tria opera cōtine-  
tur in Teutonica oratione, & nōdū quisq; latine ea  
uertit. Cur tanto annorum spacio prætermissa sit

uersio in magno numero eorum quibus suppeditabat facultas transferendi, & aequum dignum erat, in his, quam alijs eiusdem authoris, scriptis uertendis operam ex tempus impendere, præsertim quando non minus ibi opera precium fecissent & utiliter collocassent horas & labores, quam alibi secesserunt, causas non facile dixerim. Cessatum est hactenus in hac parte non sine graui periculo & damage Ecclesie, & adhuc non absq; publico incommode uersio posthabetur præ alijs negocijs, nō tamē perinde necessarijs & frugiferis, q; si labor sumetur in illis libris in latinum sermonem transponendis. Pergrata & ex animi uoto ea res fuerit sacra mentarijs, & ex sententia illis euenerit, si nunquam latina ciuitate donentur. Iam tum gratulabantur sibi et tripudiabant, cum primum in publicum uenissent, Germanico, non latino eos sermone loqui. Certe tamdiu neglecta uersio non parua causa est, cur hæresis ista obtineat ubiq; apud exterros, ubi lux aliqua uerae doctrinæ radios suos spargit, Et cur Sacramentarij ubiq; extra Ecclesias Germanicas triumphent & obtineant regna. Permuobunt tandem aliquos miseræ Ecclesie clades & irreperabilis iactura animarum, ut libros tam utilles & necessarios translatos legendos dent ubiq; linguae latine peritis. Interea conatus sum interpretari unam partem libri secundi refutantis duo argumenta

gumenta Sacramentariorū , alterum de ascensione Christi in cælum , alterum de loco Ioannis cap. 6. Caro non prodest quicquam . Non mihi uacabat integrū librum latinum reddere , & uidebam interpretationem requirere meliorem artificem , ita deo alijs totius libri uersionē relinquenti , uisum est transferre posteriorem partem.

Concionem Christi ab Euangelista Ioanne de scriptam cap. 6. trahunt Sacramentarij ad negandam præsentiam corporis & sanguinis Domini in sacra eius cœna , & tamen sibi contradicunt ipsis carnē in illa cōcione exponūt pro diuinitate Christi , et ita suā ipsimet reprehendūt falsam istā adseritionem , quod de uno eodemq; argumento sermo sit in illa concione & in coena Domini . Si enim caro ibi significat diuinam naturam in Christo , nihil ad concionem illam pertinet cœna , in qua corpus & sanguis Domini distribuuntur . Nam corpus eius non est diuinitas , neq; diuinitas est corpus eius . Veneres quædam uerba Christi in eo sermone exposuerunt de cœna Domini , non contra , sed secundum uerba Christi dicentis , Hoc est corpus meum , non negauerunt , sed adfirmarunt inde , corpus Christi edi in cœna . Sacramentarij patrum authoritatem ita allegant , ut falsum esse pronuncient , quod illi in hærentes Christi uerbis pro uero habuerunt . Ex tota concione etiam contra præcedentia abutun-

tur perfidè una sententia Christi, qua responderet eo offensis, quod diceret carnem suam uerè esse cibum, et uitam non habituros qui non edant carnem eius, cum dicit, Caro non prodest quicq;. Hæc enim uerba opponunt uerbis cœna: hoc est corpus meū: contendunt ea dicta esse de carne Christi, negant non solum in cœna corpus Christi prodest, sed etiā adesse ibi & edi. Sed Lutherus violentā & impia istam detorsione copiose refutauit, ut manifistū faceret, qua religione, fide, reuerentia, & pietate scriptura tractetur à Sacramentarijs, & q; nihil, uana, & falsa oporteat esse reliqua argumenta quæ undiq; multa coaceruant, cū in uno, quod gloriatur esse firmissimā arcē & propugnaculū sui dogmatis, reprehendantur tam uolenti, perfidi & improbi deprauatores. Id quanq; satis eluceat ex refutatione D. Lutheri, tamē summatim hic persim gemus, oppositis per antithesin uera sententia uerborum Christi, & istorum deprauatione & corruptelis.

Caro hominis non prodest, Ergo caro filij hominum & filij Dei non prodest. Caro uiciata peccato nihil prodest, Ergo caro sancta Christi nō prodest.

Caro repugnans spiritui Dei inutilis est, Ergo caro Christi consentiens spiritui non est utilis.

Caro vacua spū Dei nihil conductit, Ergo caro Christi plena spiritu Dei & in qua habitat plenissimum diuinitatis non conductit.

Caro Christi non prodest carnalibus, Ergo nec

spiritu alibus. Caro nō prodest ijs qui uerbis Chri-  
sti non credunt, q̄ s̄int spiritus & uita Ergo cor-  
pus Christi nō prodest credentibus, uerba eius esse  
spiritum & uitam

Caro Christi non prodest Capernaitis & sacra-  
mentarijs murmurātibus & querentibus, quō p̄t  
hic carnē suā dare ad edēdum, Ergo corpus Chri-  
sti nō p̄dest nō murmurātibus, sed acquiescentibus,  
& contentis Christi uerbis.

Caro Christi nō prodest sine fide seu infidelibus,  
Ergo cū fide & fidelibus corpus eius nō prodest.

Caro Christi nō p̄dest comeſta, quo mō Capernaī  
ta intellexerūt crasso mō sicut in macello uenditur,  
& dentibus dilaniatur. Ergo corpus Christi non  
prodest manducatū eo modo, quo à Christo datur  
in Eucharistie Sacramento.

Caro nō prodest in Thyestae coena, Ergo corpus  
Christi non prodest in sacra eius coena.

Caro non prodest uisibiliter & sensibiliter mā-  
ducata, Ergo corpus eius nō prodest in pane Domi-  
ni manducatū inuisibiliter & non sensibiliter.

Caro Christi prodest cesa non ambeſa inquit  
Zwinglius, hoc est, caro Christi immolata prodest,  
Ergo in usu data nobis non prodest.

Tam multas abominabiles blasphemias cumulat  
Sacramentarij, cū hoc dictū Caro nō prodest quicq̄  
detorquent ad carnem Christi, & ad manducatio-  
nem coenæ Dominicæ, in qua datur corpus Christi

de diuinatantum natura dicuntur : secundum istā  
enim hec omnia est.

Renouatur hoc tempore execrabilis contumelias in sanctissimam carnem Christi. Adimitur eius carni, obedientiae, sanguini, & morti iustificatio. Negant iampridem suborti prophetae, sanguinem Christi iustificare, perinde ut Sacra mentarij negant uiuiscere.

Zuinglius pronunciat, Christum, quatenus filius Dei est, esse cibum animae, quatenus homo est, hunc honorem illi non defert. Ita contendunt iam pseudoapostoli, Christum secundum diuinam naturam, seu quatenus Deus est, iustificare, non quatenus homo est, neque secundum humanam naturam. Cum eodem agantur spiritu, idem commentū adferunt, quod illi, & dicunt per carnem Ioannis sexto intelligi diuinitatem in carne, sed contra istos, secundum ueram orthodoxam fidem, docet Lutherus in sua consultatione, & ante eum aliquot seculis Cyrillus super Ioan. ubi ait capite decimoquarto, his ut sequitur uerbis: Quoniam igitur Saluatoris caro uerbo Dei, quod naturaliter uita est, coniuncta uiuifica effecta est, quando eam comedimus, tum uitam in nobis habemus, illi coniuncti quae uita effecta est. hic de causa in exuscitandis mortuis non solummodo

modo uerbo atq; imperio, ut Deus, utebatur, ue  
rumentam carnem suam, quasi cooperatricem,  
nonnunquam adhibebat, ut re ipsa ostenderet,  
carnem quoq; suam, quoniam sibi coniuncta est, ui  
sificam esse.

Rursum capite decimoquinto dicit: Nas  
net inuiolata utraq; natura, & unus ex utrisque  
Christus est, sed ineffabiliter. & ultra quam  
possit mens humana intelligere. Verbum humanis  
tati coniunctum totam in se ipsum ita reduxit, ut in  
dignitatem possit uiuiscare: sic interitum a huma  
na natura expulit, ut mortem, que peccato plurim  
um poterat destruxit. quare qui carnem Christi  
manducat uitam habet eternam, habet enim haec  
caro Dei uerbum, quod naturaliter uita est.

Et capite decimo sexto: Sanctum uero Christi  
corpus ad immortalitatem, & uitam eternam nut  
riendis cibus est.

Propter perniciofas imposturas pseudoprofe  
tarum tam opus est legi latine hanc partem in al  
tero & in postremo libro magnae confessionis de  
Eucharistia, ubi plenius totam disputationem tra  
ctat de Alloeoſi & cōmunicatione idiomatiū, quāne  
apud Germanos in Teutonico sermone, quem quis  
callent, nihil indigent interpretatione.

Verti autem non exquisitè, non adfectata ele-  
gantia aut splendore aliquo orationis, sed familiariter & perspicuè, contentus simpliciter reddidisse  
latino sermone sententiā authoris, à qua uel in mi-  
nimo discedere religio mihi fuit: neq; sine aliquo  
periculo fieri posse existimauit in tanta causa & de-  
tante rei dimicatione: in alijs rebus leuioris momē-  
ti putauerim interpretes maiorem libertatem si-  
bi sumere & usurpare in transfe-  
rendo posse. Bene lector per  
Christum Vale.

VERA

VERA ET PROPRIA E-  
NARRATIO DICTI CHRISTI  
Ioannis vi. Caro non prodest quic-  
quam : à reuerendo uiro Sanctæ  
memoriae D. Martino Lutherò scri-  
pta contra Sacramentarios , & in ser-  
monem latinum per Ioachi-  
mum Vuestphalum  
conuersa.



IC T VM Christi loann. VI. Ca-  
ro non prodest quicquam, Oeo-  
lampadius gloriatur esse ahæ-  
neum suum murum , ac quidem  
bene illi opus erat, ita rem se ha-  
bere: sed si falsum est (ut Sacramētarijs placet) quic-  
qd difficile est credere, à uero certè distat longissi-  
mè hunc murum esse illius ferreum. Ego enim diffi-  
cillimè credo . Mihi potius uidetur esse charta-  
ceus, qui fortassis habet colorem ferri. Primum, cū  
ex scriptura fidem facere debent Sacramentarij,  
carnem hoc loco de Christi carne intelligi oportet  
re, id quod scire maximè refert, & qd' præcipue in  
questiōnem uenit, faciunt suo more , transiliunt le-  
uiter, sumunt & proponunt hoc quasi probatum, &

perinde ac si iam parta uictoria triumphum retulerint, uociferantur. Eia apud nos indubitate est ueritas. Bone Deus, quis interrogat uos, quid uobis uideatur? quis ueu requirevit, quidnam uos pro certo habeatis? Quoties iam audiuitis, haec duo, possibile et necessarium, longius inter se distare, quam cælum et terra, id quod etiam pueri et cuiusuis linguae idiotæ non ignorant? Quæritur a uobis, ne cesset ne sit, sic se habere, que uos adseritis? uos respondetis de possibili, ea ita posse se habere. Possibile erat Iudam esse bonum uirum, hinc pulchre sequitur scilicet, Ergo necesse erat Iudam esse probum. De possibili erat, Pilatum fieri Christianum, Ergo ut fieret Christianus, necesse erat.

Ita hic, ubi exigitur probatio, carnem in uerbis Christi necessariò intelligi corpus eius, muti estis omnes, etiam si res postulet uos respondere, interim dicitis nobis, posse per carnem corpus Christi intelligi, in hac parte nimium estis garruli et loquaces. Quidni contendam etiam significari carnem porcnam assatam, si mihi liceat intelligere, quo sensu uel lim, et satis sit aliqd garrire ac uerba fundere? Iam firmissimis testimonij contra uos potest adstrui, quod Christus, quotiescumq; in scriptura loquitur de carne, seu corpore suo, addat pronomen, meū, dicens, Mea caro, meum corpus, Quemadmodum ait in eodem cap. 6. Caro mea uerè est cibus, Item,

Qui

Qui manducat carnem meam &c. Item, Nisi ederis  
tis carnem filij hominis &c.

Cum itaq; nō dicat, Caro mea non prodest &c.  
sed simpliciter enunciet, caro non prodest quicq;  
quam, incumbit recte uobis, & urget uos necessitas,  
ut fidem faciatis, carnem hīc dici de Christi corpo-  
re. Per magnum certè est discrimen inter Christi  
carnem & inter carnem simpliciter dictam. Læti-  
prouocamus uos interrogantes, quis fecerit uobis  
copiam emendandi seu mutandi textum, ut pro  
caro, substituatis, caro mea, ac quidem necesse ha-  
betis obmutescere, non potestis probare, nihilomi-  
nis tamen sumitis & iactatis insolenter, tanquam  
certissimè probatum, quòd sermo sit de corpore  
Christi, cum dicitur, Caro nō prodest &c. Ita iacet  
prostratum fundamentum uestrum & relinquitur  
non probatum, nec ullo unquam tempore proba-  
bitur, quòd hæc sententia Christi, caro non prodest  
&c. sit Oecolampadij ferreus murus.

Atqui, dicitis, circumstantiae sermonis indicant,  
carnem hoc loco significare Christi corpus. Agite,  
ubinam? Eia, illud ipsum uerbum, quod Christus de-  
cit, caro nō prodest etc. abundè satis id indicat. Nō  
dicit, carnalis sensus sine intellectus inutilis est, ut  
uos carniuori interpretamini. Vox Græca ὁρελεῖ  
sonat propriè confert, conducit seu iuuat. Quòd si  
Christus carnalem sensum, & non propriam suam

carnem intelligi uoluisset, tum dixisset, Caro non percipit siue non intelligit quicquam, Quia uero dicit, caro nihil conductit, necesse est, eum loqui de sua carne, quæ quidem intelligit, attamen non prodest manducata. Ecce hoc enim uero præuidebam futurum, ut de alijs interrogati de cepis responde retis & nihil diceretis uos & uos. Vestrum erat probare, carnem hic accipi pro Christi carne, uos uero probatis ac docetis nos, quod intelligere & conducere uoces sint differentes, Quis hoc postula uit aut interrogauit uos? Scimus hæc omnia absq; tam sublimib. magistris, Vocabularius Ex quo uel Gemma id nos posset docere.

Manet ergo adhuc non probatum, carnem hoc loco de carne Christi intelligendam esse. Nam est isto sanè, hic non ponitur uerbum percipere sed conductere, quid tum postea: quid hoc ad rem & quid uos subleuat: quis prohibeat Christum sic loqui in huc sensum, caro nihil prodest, hoc est, quicquid caro intelligit, percipit, uult, loquitur, facit, habet, patitur, breuiter, caro, & quicquid caro est hoc totum nihil quicquam conductit, Cum uolo carnalem sensum damnare, nulla astringor necessitate, ut sic sententiam efforam, Carnalis sensus nihil percipit, imo is damnatur multo significantius, cum dicitur, carnalis sensus nihil quicquam prodest. Cæterum non magni nostra refert, si non tam præcise caro hic

hic significet carnalem sensum, nos sat habemus, carnem simpliciter dici. Caro autem comprehensit quicquid est in carne, mentem, rationem, uoluntatem, dictas, factas, sicut iam ante recensuimus. Hoc totum nihil conductit. Profecto longissime abest, ut urgeat & conuincat uerbum ὥφελεῖ, carnem hic de Christi carne intelligi oportere, quandoquis de rectissime de carne per se accipi possit, id quod iam probauit. Vbi igitur consistit aheneus ille murus, ubi est certissima illa ueritas?

Ita iacet ualidus ille murus subuersus flatu unius uerbi, (mea,) nam cum non legatur mea caro sed simpliciter caro &c. uictoria nostra est, primum, q[uod] non possit intelligi de Christi carne, nam cum ipse, met non addat, nec dicat, mea caro, non licet cuiusquam uerba eius emendare & his aliquid addere. Certiss. etiam & indubitate ueritate tuto nūtimur, quando non intelligimus de carne Christi. Deinde uictoria stat penes nos, quia ne uno quidem apice probare possunt, quod caro hic accipiatur pro Christi carne. Nam si id esset concedendum absq[ue] ulla probatione, idem esse, si legatur caro mea, & caro sine adiecto pronomine, quis postea obfisret, ut non intelligatur Christi caro, ubi cuncte similes carnis uocabulum legitur, Ibi tum hæreses ueteres non aliter quam examina erumperent, quæ negant Christum uerum naturalem carnem & san-

## 22 CONTRA SACRAMENTI

guinem habuisse & ueritatē humanae naturae Christi tollunt, eo quod caro tam male ubique audit in scriptura, qualis erat heres Marichei, Valentini &c. iamque circum Zwingli caput susurrant hoc genus crabrones, eumque acriter pungunt, qui contra D. Eckium ad Badenses ita scribit. Si editur caro Christi, nihil inde fit nisi caro, siquidem quod ex carne nascitur caro est.

Ah pudeat, siccime nos illudi à Satana, & nunguis gerris sicutis uaniorib. induci, ut negemus tam clara & manifesta uerba, hoc est corpus meum sub hoc praetextu, quod scriptura inter se pugnet ac cogat nos à uerbis tam perspicuis discedere? Sed ingratitude nostra talia bene promeretur. Etsi igitur satis concussus & prostratus est ualidus ille murus, tamen quia neque finis neque modus est gloriandi, eorum stulticiam euidentius insuper profremus in lucem.

Age aliquantisper etiam nos insaniamus, concedentes, carnem hic dici Christi carnem, ut isti ludificantur, non quod ita esse possit, sed quia libet desipere, & quasi personatos in Bacchanalibus una discursare, ut appareat tandem, quid inde sit consecuturum.

Consistat sane murus ille ahænus immotus, carnem Christi nihil prodesse, quero itaque, anne Maria uirgo corporaliter Christi carnem gestauerit et

enixa sit per carnem suam, quando concepit filium  
Dei, & Dominum nostrum Iesum Christum men-  
ses nouem gestauit in utero, & tanquam uera ma-  
ter eum in mundum genuit, ut Euāgelistae tradunt,  
& fides nostra confitetur? Ego quasi delirans ha-  
rrius neutiquam id credo, Quare uero? Quia ca-  
ro Christi corporaliter concepta, gestata & tra-  
ctata non prodest, Ergo Christus non est conces-  
ptus & natus ex Maria uirgine propter hanc cau-  
sam, quia caro non confert quicquam.

Nam si in coena ideo non adest corpus Christi,  
quia caro nihil confert, tum neq; in utero matris  
adest propter eandem causam, quia caro non pro-  
dest. paratio est utrobiq;.

Angeli annunciant pastoribus & illi inuenie-  
bant, Christum corporaliter iacere in præsepi, &  
carne sua presentem adesse. At quis credat esse uer-  
um? Etiam si Christus cum omnibus angelis dicat,  
corpus meum in præsepi iacet, nos tamen negas-  
mus, caro enim nihil conductit, ergo corpus uerum  
non potest corporaliter adesse, sed fascie & pre-  
sepe significant Christi corpus, quādoquidem idem  
sit, carnem nihil prodest, & non adesse.

Simeon accipiebat puerum Iesum in ulnas suas,  
cum parentes eum Domino offerret in templo. Hu-  
ius nihil est uerū, imminuit gloriam Christi, quia ca-  
ron nihil prodest, hoc est, non potest ibi carnaliter

## 24 CONTRA SACRAMENT.

adesse, Hoc fundamentum, hæc basis, hic murus est  
abæneus, quo nitimur.

Christus baptizabatur in Iordanè, perambulabat in deserto, in ciuitatibus, super mari, eaq; siebat omnia corporaliter, conficta dicemus hæc esse omnia. Cur rogas? Audisne, carnem Christi nihil prodesse, hoc est, Christum nō adesse corporaliter, ut iam est dictum.

Adsidebat Christus corpore suo in cœna ad mensam, loquebatur corporaliter cum discipulis, & hi uiciissim cum Christo, corporaliter lauabat eorum pedes, Hæc quidem narrantur, sed fabulae sunt, quibus detrahitur gloria Dei, siquidem caro nihil confert. Proinde certo certius est, quod Christus non adfuit corporaliter, sed tantū spiritualiter. Dices, desine obsecro, ne pergas insanire ad mortem usq;. Eo modo insaniens tolles mihi Christum ex horto, è cruce, & tota sua passione, negando quicquam horum esse factum corporaliter, quandoquidem in prædictis omnibus oportuit eum corporaliter adesse, Et tamē caro nihil conducat, si corporaliter adsit. Quinetiam ô bone ita insaniendo remouebo eum à dextera Dei, ubi tamen eum sedere nostra plurimum interest, ac probabo, ibi non adesse, caro enim nihil utilitatis adfert, Quanquam enim caro eius sedeat iam ad dexteram Patris, tamen manet eadem caro Christi, neq; enim alia caro facta

facta est in dextera Dei. Quod si eadem est caro,  
tum nec ibidem profuerit: si non prodest, tum nec  
adest, et nihil prorsus est, idemque plane Christo ibi  
cuenit per hanc sententiam, caro nihil conducit,  
quod in cena.

Addam adhuc amplius, probabo Christi corpus  
neque spiritualiter adesse in sacramentiorum cor-  
dibus, de quo tamē in primis declamat solent. Nā  
caro, ut dictum est, nihil consistit, caro uero est, ma-  
netque caro, siue sit in uentre siue sit in pane, siue in  
cruce, siue in cœlo et ubi uis, locus eam non mu-  
tat. Nonne uinum, frumentum, pecunia, pannus ma-  
nent illud ipsum quod sunt, quocunque etiam uno  
die perueniant in mille loca? Cur non Christi caro  
maneret eadem caro siue sit in cœlo, siue in spiritu,  
siue in præsepi, siue in utero matris, et ubique siue  
lis? Quod si ibi adest corporaliter, ut adesse nece-  
sse est, nihil ergo prodest. Si non prodest, tum non  
adest, ac prorsus nihil est.

Vide quæso quantam uim habeat dictum Chris-  
ti, caro non prodest quicquam, si eo ad insaniam tuā  
abutaris, adeo ut coarctet corpori Christi cœlum  
et terram, eumque pellat prorsus ex cœlo et ex spi-  
ritu, quò tamen insani relegauerant cum tanquam  
in munitissimam arcem, undique ferreis muris cinctā,  
ut probè custodita ab impuris sacrificiis in altari nō  
tractetur indignè. Quapropter hæc sententia est

longè firmissimum propugnaculum & uerē nūris inexpugnabilis pro nobis quidem contra sacramentarios: non potuissent ualidius aliquid contra seipso adferre, quam hanc sententiam, quam profacere summopere iactitant. Ita usu uenit nobis miseris peccatoribus, qui sumus imprudentes & inermes ministri Dei pisti & impanati, ut stricto gladio nos percussurus nobis suggerat arma quibus utamur ad defensionem nostram ac ad profligandum cædendumq; nostros hostes.

Hic fortassis ita respondebunt nobis, non dicitur Christi carnem omnino per se nihil prodesse, sed tantum cum carnaliter manducatur, Alioqui percepta spiritualiter, hoc est, cum creditur, pro nobis esse traditam mortem, conductit secundum uerbū Christi Ioan. & caro meauerē est cibus.

Habetur sane gratia pro bona informatione uerū cardo litis adhuc in eo uertitur, quod non dum fidem fecistis, Christum loqui de carnali mandatione sui corporis: non enim dicit, Meam carnem edere corporaliter, nihil prodest, sed simpli citer, caro non prodest &c. Ideo illa expositio uera nihil adiumenti adserit cause, probandum est nobis, quod loquuntur de corporali mandatione sive carnis, hoc facietis ad calendas Græcas.

Quod si id probaueritis (ut tamen minime facile factu uobis erit) percuperem audire, cur Christus caro

si caro non conducat, cum corporaliter editur, &  
 profit, cum corporaliter concipitur & nascitur,  
 in præsepi ponitur, ulnis complectitur, cum in coe-  
 na adsidet ad mensam, in cruce pendet, nonne hec  
 omnia tam sunt externi quidam modi & usus car-  
 nis Christi, quamcum corporaliter manducatur?  
 Quid melius habet præsens in utero matris, quam  
 præsens in pane & ore? quod si hic nihil prodest,  
 neque ibi potest prodesse, quod si ibi utilis est, neque  
 hic inutilis esse potest, cum ubiunque fuerit, nihil  
 aliud effici, uereque adstrui possit, nisi quod corpo-  
 raliter & externe tractetur Christi corpus, siue en-  
 daetur, siue concipiatur, siue nascatur, siue gestis-  
 tur, siue uideatur, siue audiatur, nusquam ibi per-  
 cipitur spiritualiter, ut inde profit, sed tantum car-  
 naliter tractatur & usurpatur, pro uestra quidem  
 loquendi ratione. Quis hic me instruet? nemo hic  
 domi est. Tum sane nec prior illa instruacio uestra  
 aliquid confert mihi, nec ulla ex parte iuuat, idque  
 relinquitur quod dixi, Christi carnem aut in coena  
 prodesse, aut omnino non prodesse, necessariò ad-  
 strui oportere, siue in caelo sit siue in spiritu.

Iterum ex uobis hoc quaero: quid si ita corpo-  
 raliter in coena ederem carnem Christi, ut simul  
 manducarem spiritualiter? cōcedetis ne mihi, quod  
 Christi caro permultum conducat in coena? Hoc  
 autem quo potest esse & fieri modo? Ita nimirū,

corpus eius cum pane manducabo corporaliter & simul corde credam esse corpus Christi quod tradidit pro me in mortem ad remissionem peccatorū, ut uerba sonant, Hoc est corpus meum, quod pro nobis datur, hoc credere uosmetipſi soletis definire, id esse spiritualiter manducare. Nam si spirituā liter editur, carnalis esus non solum obesse non potest, sed etiam conducit, propter spiritualē manductionem. Hui ocyus respondete mihi, opus est mihi bona instructione.

Sed dicitis, nos separare spiritualē à carnali esu. Deus dignas persoluat uobis grates, estis ne mihi eius monet tam probi & integri homines, qui tam impudentibus calumnijs tot libris per orbem nos incēſitis sine culpa. Hæc cime uestræ artis noua sapientia & altus ille est spiritus, quem Lutherus occēcatus capere non potest. Quo tempore unquā ex nobis audiuitis, nos edere cœnam Domini, uel docere alios ita participare, ut solummodo corporaliter & externe edamus corpus Christi. Non ne hæc à nobis in multis libris tradita est doctrina: Duo in Eucharistia esse consideranda, alterum maxime necessarium sunt hæc uerba Christi, Accipite comedite, hoc est corpus meum &c. Alterum est sacramentum siue corporalis manducatio corporis Christi. Verba nemo traiecerit per os in uentrem, sed unusquisq; ea per aures corde apprehendit.

Quid

Quid uero corde apprehenditur per uerba nihil  
aliud quam id quod sonant, uidelicet corpus pro  
nobis traditum, hoc fide apprehendere & crede-  
re est edere spiritualiter. Præterea diximus, sumen-  
ti sacramentum corporaliter, non adhibenti autē  
fidem uerbis, & non spiritualiter simul manducan-  
ti, non solum nihil professe, sed etiam obesse, sicut  
ait Paulus, Qui indignè edit de pane hoc, reus est  
corporis Domini. Nulla ergo ob hanc causam erat  
uobis necessitas, nos docere, corporalem manduc-  
cationem nihil conferre, Nos insuper hoc addimus,  
nonnullis etiam laethalem esse, per hoc tamen ab-  
sentia corporis Christi in cœna non probatur: imo  
multo magis suppeditatur nobis inde probatio, præ-  
sens adesse. Nam si non adesset, corporalis eus non  
officeret, sed proficeret potius. Iam si non condu-  
cit, adde, si etiam nocet, adesse & edi necessariò  
consequitur. Deinde neq; hoc probatum est, dis-  
cūm Christi dicentis, caro nihil profest, pertinere  
ad Eucharistiam, atq; ita uestrum somnium men-  
tacij redarguitur & undiq; suffunditur pudore.  
Os sumens corporaliter Christi carnem, ignorat  
quidem quid edat, quidue cor percipiat, nec ori  
soli per se profuerit, quia uerba non capit nec in-  
telligit. Cor autem scit, quid edat, quia apprehe-  
so uerbo, id edit spiritualiter, quod os corporaliter  
sumit. Quoniam autem os membrum quoddam est

## 50 CONTRA SACRAMENT.

cordis , tandem unà fit particeps aeternæ uitæ propter fidem cordis , quod per uerbum conseruitur uitam eternam , cum in hac uita os etiam corporaliter sumat eundem cibum quo cor spiritualiter unà cum illo fruatur . Rogamus igitur uos Domini abstinetе à mendacijs & calumnijs debaccbaturi aduersus Lutheranos siue nouos Papistas ( quo nomine contumeliosè nos appellatis ) neq; alia de nobis diuulgate scriptis , quam quæ nos docemus . Nam ut ante hac nos onerasti uestris calumnijs , ita nos docere inficiamur . Si omnino fert animus , in nos stringere stylum , tum scribite & probate , Lutheranos esse istiusmodi idola , qui doceant , in coena non adesse uerbum Domini , sed solum corpus Christi in pane : item eos neque cor neque animam habere , quibus appresensu uerbo , Christi percipient corpus , sed tantum os , quo edant corpus Christi . His probatis fatebor , scripta uestra apprimè uera firmoq; ac stabili fundamento insistere . Nam in huius nocte homines tendunt uestræ uelitationes ac concilia , ueluti , si mures ac sues comedenter sacramentum , talibus certe nihil prodesse fatemur . Si uero relinquitis nobis in coena uerbum , & conceditis , nos habere animam , exultantes interrogabimus , quis cacodæmon iussit , uerbum à Christi cor

si corpore uos separare , cor ab ore nostro se iungere , & in Eucharistia tantum urgere corporalem eum , & ab eo spiritualem diuellere ? Tametsi enim impij in Eucharistia eam separacionem faciant ad sui condemnationem , solumq; corpus Christi citra uerbum , ore absque fide cor dis corporaliter non spiritualiter edant , non ita tamen Christus instituit , sed coniunxit utrumque , ut uerbum & corpus eius tam spiritualiter corde , quam ore corporaliter corpus illius accipiatur . Abusus autem impiorum neque debet neque potest Dei ordinationem infringere uel mutare .

Ex his omnibus firmissime concludimus , sententiam Christi , Caro non prodest &c. nihil prorsus pertinere ad Eucharistiam . Nam spiritualis participatio iuxta ac corporalis a Christo instituta est , propter adiunctum uerbum , quod cordi loquens dicit , Accipite , comedite , hoc est corpus meum , Et nec ore nec uentre sumi potest . Quanquam impij , item Papistae & pharatici nulla habita uerbi ratione destituuntur communione spirituali , pij tamen fide pertingunt ad eam . Propterea inanis est sonitus , et minus nihilo in se habet , cum dicunt sacramentarij , Caro non prodest quicquam , Ergo non adest ibi . Nam ea ratione procedendo probarem

neq; Deum, neq; creaturam ullam esse, remoto tan-  
tummodo uerbo Dei, perinde ut isti id ex coena  
tollunt, Aufer uerbum, Deus creauit cœlum & ter-  
ram, quid cuiquam reliquum erit de Deo, aut cui  
proderit? Sepone uerbum, Christus filius Dei est  
seruator noster, quis erit qui Christum habeat aut  
cui Christus aliquid conferat? Habetur quidem cor-  
poraliter, Deus enim adesset & Christus, quamuis  
uerbo prædicato se nō patesceret, Verum cui esset  
bono, cui conduceret, nemine sciente, eum esse alia  
quid? Quod si igitur nihil prodest, absq; contro-  
uersia nihil est, prout ahæneus iste murus conclu-  
dit, nihil esse quod non prodest. Similiter, nisi uer-  
bum Dei diceret, cœlum & terram esse condita à  
Deo, cui usui forent? cui cōducerent? uentri solum-  
modo absq; uerbo corporaliter conducunt, non au-  
tem animæ. Iam si non prosunt, nihil omnino sunt  
&c. Accedente autē uerbo Dei, cor idem uerbum  
percipit, & eo fruitur spiritualiter in uerbo, quod  
corpus usurpat & percipit externe & corporali-  
ter. Sed quid opus est multis? astutus ille ueterator  
Diabolus phanaticos adeo excæcauit offusa caligi-  
ne, ut nesciant quid dicant, multa prolixe concio-  
nantur de spirituali esu, ignorantes tamen quid sit,  
siue spiritualiter siue corporaliter edere. Ideo de  
his paucis agemus pro erudiendis ijs, qui indigent,  
ut phanaticorum insipientia magis exposita in lu-  
cent



cem innotescat, & subsannator Diabolus suis ipsius delirijs prodatur.

## DE SPIRITUALI MANDVATIONE.

**P**Rimum, non est spiritualiter edere & bibe-  
re siue aliud agere, cum id quod editur, bis-  
bitur, uel quicquid agitur, est spiritus uel res  
spiritualis. Nam aliás Christi caro non posset spiri-  
tualiter percipi, quandoquidem caro Christi ubi-  
cunq; fuerit siue spiritualiter siue corporaliter siue  
uisibiliter siue inuisibiliter, caro uera sit & natu-  
ralis & corporea, quae potest sentiri, palpari, uide-  
ri, audiri, facta ex muliere, mortua in cruce, Sed spi-  
rituale aliquid esse definitur, quia ex spiritu profi-  
ciscitur, & à nobis spiritualiter percipitur. Obie-  
ctum non est semper spirituale, sed usus debet esse  
spiritualis. Hec exemplis subiectis demonstrabimus.  
Cum beata uirgo Maria conciperet & pareret  
Christum, erat ibi homo uerus, naturalis, & uisibi-  
lis, & non tantum spiritualis substantia, & tamen  
etiam spiritualiter eum concipiebat & pariebat.  
Quid ita? Quia credebat uerbo angeli nunciantis  
futurum, ut fieret grauida & pareret filium ea si-  
de assentiente uerbo angeli, spiritualiter concipie-  
bat & pariebat in corde pariter, quando in utero  
concipiebat & pariebat Christum: nisi enim in

## 34 CONTRA SACRAMENT.

corde Christum spiritualiter concepisset, nunquam concepisset eum, quanquam poterat Deus ex corpore eius facere Christi corpus in somno, ea nesciente, quo modo fecit Euam ex costa Adami, sed tum non fuisset facta mater Christi, sicut Adam non est mater Hecuæ. At quid concipiebat in corde suo nihil aliud, quam id quod nunciant uerba angeli dicentis, concipies et paries filium Dei. Hoc uerbo apprehenso, cum per fidem conciperet mente, corporaliter etiam in utero concipiebat unam cum eo, quod uerbum in corde illi annunciabat. Corpus eius ignorabat quid conciperet, non intelligebat enim uerba angeli, cor autem intelligebat, quid in utero conciperet.

Erat itaq; dupli modo grauida, spiritualiter et corporaliter, uno tamen foetu. Ac corporalis conceptio nihil illi profuisset, si ea esset facta absq; spirituali conceptione. Hic animaduertis spirituali conceptionem nullam constituere necessitatem ut foetus sit substantia spiritualis: constat is uera carne, simul tamen una corporali spiritualis coniuncta est conceptio.

Videbant pastores puerum Iesum in praesepi corporaliter, postea uidit eum Simeon in templo. Nihil uero illis contulisset, oculis Dominum conspexisse, nisi etiam spiritualiter uidissent. At quis dedit eis spiritualiter illum uidere et profecto non

exter

externus aspectus infantis, sed uerbum angeli res  
mittentis eos in Bethlehem ad uidendum natum  
seruatorem, Et responsum spiritus sancti, quod ac-  
ceperat Simeon, se uisurum Christum Domini,  
priusquam moreretur, per illud ipsum uerbum  
existebat in cordibus eorum spiritualis uisio, hoc  
est, fides, qua primum spiritualiter infantem intue-  
bantur agnoscentes eum pro mundi seruatore. De-  
inde etiam uidebant eum oculis corporis, tamen  
anuus idemque est puer, idem seruator, atamen dis-  
pliciter aspicitur, spiritualiter per uerbum, cor-  
poraliter per uisum. Oculi carnales nesciunt quid  
intueantur, uident nimirum seruatorem, sed non  
percipiunt, quod sit salutis author, neque etiam ua-  
lent intelligere uerbum. Corde autem probe cognos-  
titur, quid uideat oculi, quia intelligit uerbum ac  
certo nouit, oculos aspicere uerum seruatorem.  
Hic res adest corporea, & tamen spiritualis uisio  
cum externa coniungitur. Mulier laborans pro-  
fluuo sanguinis, non tangebat rem quamplam spi-  
ritualem, cum tangeret fimbriam Christi, sed cor-  
poream uestem. Nihilominus erat spiritualis ali-  
quis tactus uestimenti Christi in illius corde, cum  
diceret apud se. Si tetigero tantum fimbriam uesti-  
menti eius, salua ero. Hic uerbo & fide spiritualiter  
in corde tangebat: nam manus mulieris non  
poterat apprehendere uerbum, quod cor eius lo-

quebatur dicens, tange Dominū fimbriam & sana  
beris, neq; sciebat quid tangeret, cor autem illius  
nouerat, manum attingere uestem seruatoris. Vnde  
id sciebat: non ex tactu sed ex uerbo: Hic est ser  
uator &c. Cor autem quid spiritualiter tangebat:  
nihil aliud quam eandem corpoream uestem, quam  
manus corporaliter attingebat. Vna erat uestis  
corporea, & tamen duplex tactus, alter spiritualis  
alter corporalis.

Abrahamo promittebatur à Deo terra Chaz  
naan, quæ et si erat res externa, tamen spiritua  
liter quoq; Abrahamus eam accipiebat: nam fide  
spiritualiter possebat eam in corde suo, promis  
sioni credens. Vnde uero erat Abrahamo occupa  
tio terræ Chanaan: Certe non à possessione regio  
nis, in qua non possedit pedem unum, sed à uerbo  
Dei dicentis, Tibi & semini tuo dabo terram hāc.  
Posteritate eius occupante terram corporaliter.  
corpus quidem seu manus eorum ignorabat, quid  
occuparent, Siquidem corpus nō intelligit uerbum  
Dei, uerum animus Abrahami nouerat, & uide  
bat quid posteri eius corporaliter occuparent: non  
aliud autem occupauerunt, quam quod Abrahamus  
spiritualiter acceperat per fidem. Cum ex Sara  
gigneret filium suum Isaacum, erat quidem ille  
carne cōstans homo, & tamen duplice modo eum  
genuit, spiritualiter & carnaliter. Nam Abraha  
mus

mus Isaacum prius gignebat spiritualiter fide, cum  
in corde suo diceret, Ego credo me genitum Is-  
aacum. Unde erat illa generatio? Non ab Abras-  
hami nec Sare corpore sterili, sed a uerbo Dei di-  
centis, Sara pariet tibi filium. Iam Abrahamo ge-  
nerante corporaliter filium, corpus illius nescie-  
bat, quid ageret, quia non intelligebat uerbum, Sed  
mens quid corpus ageret intelligebat, siquidem per-  
cipiebat uerbum, non ignorava, quod corpus gigneret  
filium Isaacum, quem iam ante per uerbum fide ge-  
nuerat. Unus idemque erat Isaacus carne constans,  
quem mens spiritualiter fide, et corpus eius carna-  
liter generabat, quemadmodum Apostolus Rom. 4.  
Abraham fidem prædicat.

Ita iudicandum est de omnibus ijs, quecunq; cor-  
pus nostrum agit externe et corporaliter, ea esse  
et dici spiritualia, cum ad ea accedit uerbum Dei,  
et fide geruntur, ut nihil possit esse tam corporale  
sive externum, quin fiat spirituale, si procedat in  
uerbo et fide, ut spirituale nihil aliud esse perhi-  
beatur, quam quicquid per spiritum et fidem sit in  
nobis, et per nos, sive res quae agitur et circa  
quam occupamur, sit spiritualis sive corporalis.  
Scilicet in usu non in subiecto spiritus est, sive sit ui-  
dere, sive audire, loqui, apprehendere, parere, ge-  
stare, edere, bibere, et quicquid agatur. Nam qui  
proximo suo seruit, idque facit corporaliter, nihil

35 CONTRA SACRAMENT.

ei conductit, quia caro nihil prodest, Si uero facit spiritualiter, hoc est, si ex corde facit in fide & obedientia uerbi Dei, tum uita est & salus. Nam unus idemque est proximus noster ex anima & corpore compositus, cui inseruitur, sed actio duplice habet modo: Corpus non scit quid agat, id exercetur & compellitur more iumenti, sed mens non est ignara, quid corpus agat. Vnde autem scit, non ex proximo sed ex uerbo Dei dicentis, Dilige proximum tuum &c. Nam ad hunc modum nobiscum agit Deus, proponit nobis utrumque, tum opus tum uerbum suum. Opus corpori praebet exequendum, uerbum amplectendum anime. Nam si opus properaretur absque uerbo, non inde aliqua utilitas ad quenquam rediret. Quod si Deus Christum nasci fecisset ex Maria, absque uerbo, opus illud non cessisset ei ad ullam utilitatem, quia nihil de eo sciuiisset, neque aliquam eius habuisset cognitionem. Quod si Christus mortuus & resuscitatus esset ex morte, idque occultatum non patescisset annuciando per uerbum, cui prodesset. Et quid adhuc illis prodest, quibus ante oculos proponitur externe, & uerbum corde non apprehenditur? Quandoquidem igitur corpus nostrum debeat occupari huiusmodi rebus & operibus externis corporaliter, nec queat tamen percipere uerbum, è contra anima non posse foras prodire & corporaliter opera exercere, partitur

partitur Deus pro utriusq; conditione & modo  
cuiq; suum, dat uerbum animæ, opus corpori, ut  
utrumq; unius & eiusdem gratiæ atq; salutis sub  
dupli ratione particeps reddatur.

Ergo age iam dicio nobis, qui nam sint ueri  
Capernaitæ: nam Oecolampadius nos ferit hoc con-  
uicio, & calumniatur nos esse Capernaitas, quia  
Christi carnem edimus corporaliter in coena. Ego  
uero in authores id nominis reijciens dico, sacra-  
mentarios uerè Capernaitas esse. Etenim Caper-  
naitæ distrahebant opus à uerbo, & cogitationis  
bus prolabebantur ad solam externam comeditionē  
carnis, perinde ut nostri phanatici faciunt, uerbo  
separato, omittunt id in quo cōsistit spiritualis man-  
ducatio: interea biantes intendunt corporali man-  
ductioni, non aliter quam stolidi solent sui oblitii  
ab ore alicuius pendere & oculis fixius intueri,  
ne possint attendere ad uerba hæc luce clariora,  
Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Non ali-  
ter faciebant Capernaitæ. Non heret autem in no-  
bis hoc nomen, siquidem retinemus utrumq; cum  
externam corporalem tum internam spiritualem  
manductionem. Os manducat corporaliter Chri-  
sti corpus, nequit enim uerbum capere aut edere,  
neque scit, quid edat, sapit ei perinde, ac si aliud,  
quam corpus Christi ederet. Cor autem fide accipit  
uerbum, & idem edit spiritualiter, quod os corpo-

raliter sumit. Mens enim peruidet, quid os intellec-  
tus expers corporaliter edat. Vnde uero uidet; non ex pane neq; oris manduca<sup>t</sup>ione, sed ex uerbo  
annexo, (Edite hoc est corpus meum) & tamen  
idem est corpus Christi, quod tam ore quam corde  
percipitur, ab unaquaq; parte suo modo. Cor non  
potest edere corporaliter, os non potest edere spi-  
ritualiter, Distribuit igitur Deus aequaliter & con-  
uenienter, ut os manducans corporaliter animæ,  
corpori uero anima spiritualiter edens inseruat,  
& ambo saturentur & saluentur, Nam & corpus  
brutum ignorat, quod tali fruatur cibo, per quem  
in æternum uiuat, non enim sentit, & ita moritur  
ac putrescit, ac si alium edisset cibum, ueluti animal  
brutum. Anima autem uidet & intelligit, corpus  
uitam uicturum æternam, quandoquidem percipit  
cibum æternum, qui non relinquit corpus in sepul-  
chro & puluere perpetuo putrefactum & corru-  
ptum.

Contra hæc obijcitur nobis, Maria cum grata  
uida esset & pareret corporaliter, uidebat puerū,  
pastores & Simeon oculis suis eum conspiciebant,  
alijsq; omnes uiderunt ea, quæ crediderunt. Quid  
audio? Tunc generosum & tenellum germen, Deo  
tuo præformabis, quibus se modis tibi exhibeat: for-  
ta<sup>s</sup> id esse uelis, quod erant Simeon & Maria,  
non contentus propositis ab ipso modis? Agedum  
ut

ut placet, abi, delige aliquid proprium, quod tibi  
pulchrū uideatur, res tandem declarabit ipsa, quid  
delegeris . Nos acquiescimus confisi Deo nostro,  
cui placuit ex Maria spiritualiter & corporaliter  
nasci, & neq; corporaliter neq; spiritualiter uo-  
luit tum ab ea edi aut bibi. A pastoribus & Simeo-  
ne corporaliter & spiritualiter uideri placuit, nō  
autem nasci neq; manducari. Nam à quibus uoluit,  
ab ijs sustinuit se uideri, audiri, nasci, gestari, tangi,  
& alijs similibus modis corporaliter & spiritua-  
liter tractari, A nobis autem neq; nasci uult, neque  
confici, nec audiri, nec tangi, sed tantum edendo  
& bibendo uult percipi in Eucharistia spiritualis-  
ter & corporaliter, ut nos manducando tantum cō-  
sequamur & obtineamus, quantum illi consecuti  
sunt, pariendo, uidendo, tangendo, gestando, no-  
bisq; tam prope sit corporaliter , quam illis fuit,  
præterquam quòd modum oportuit aliū esse pro-  
pter hanc causam , ut toto orbe ubiq; tam esset  
prope, quam fieri non posset, si uisibiliter appa-  
reret. Adhæc, non omnino sui uidendi copiam no-  
bis ademit, nisi quòd illa uisio differtur & reserua-  
tur usq; ad gloriosum diem iudicij, ut relinquatur  
locus exercendæ fidei , nec iam in hac misera uita  
ab omni parte beati simus , sed beatitudinem ex-  
pectemus. Quid quæso faciat amplius?

Hec omnia ad normam recti conuenire, hiq;

## 42 CONTRA SACRAMENTI

probè, quid spirituale vocetur, explicatum esse, li-  
quido apparere spero. Etenim spirituale id dicen-  
dum est, quod spiritus facit & ex spiritu profis-  
ciscitur, & quæ ut carnale dicitur, quod caro facit &  
ex carne existit, teste diuo Paulo Rom. 8. Qui secun-  
dum carnem sunt, quæ carnis sunt sentiunt, qui  
uero secundum spiritum sunt, quæ spiritus sunt sa-  
piunt. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, ui-  
uetis. Audis hoc loco fructus quoq; & opera spiri-  
tus spiritualia dici, sicut & ad Galat. 5. ait: Fru-  
ctus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia  
&c. In summa, Tota uita Christianorum dicitur  
spiritualis, omnesq; pij, spirituales, i. Cor. 1. & 2.  
ut extra omnem ambiguitatem positum sit, in Eu-  
charistia corporaliter fide sumentem corpus & san-  
guinem Christi, eundem simul edere spiritualiter  
& secundum spiritum ambulare & uiuere. Nostri  
uero phanatici aguntur spiritu uertiginis uago, &  
instabili, somniantes, nihil spirituale esse posse, ubi  
aliquid sit corporale vel externum, idq; sub hoc  
prætextu, quia caro nihil profit, cum tamen con-  
trarium consentiat uero, spiritum apud nos non  
adesse, nisi in externis rebus, puta in uerbo, in Ba-  
ptismo, in cœna & in sanctis suis agentibus uitam  
in hac terra. Quia tamen ne murus iste abæcus suba-  
ratus penè concidit?

Nunc progedimur ad explicandam propriam  
& ge-

¶ genuam sententiam huius loci Ioan. 6. Caro non prodest quicquam, periculum facturi, communius ne ac rectius enarrare ualeamus, quam sit à Sacramentarij. Basis & columna nostræ interpretationis esto hæc.

Vbicunq; in scriptura opponuntur inter se caro & spiritus, non potest caro intelligi corpus Christi, sed significat semper ueterem carnem ex carne natam. Ioan. 3. Quod natum est ex carne caro est. Cur enim Antithesi scripturæ inter se opponeret carnem & spiritum, si inter ea conueniret. Carni & corpori Christi optime conuenit cum spiritu, adeoq; corpus Christi domicilium est spiritus corporaliter, ex per illud spiritus uenit in omnes alios. Testes fideles primò habemus Mosen Genes. 6. Spiritus meus non perpetuo disceptabit in homine, quia caro est. Et Esaiam cap. 40. Omnis caro foenum, spiritus subinflat in illud, & arescit. Ac Christus ipse Ioan. 3. opponit spiritum & carnem. Quod natum est ex spiritu, spiritus est, quod natum est ex carne, caro est. Cæterum Apostolus Paulus multò locupletius uititur hac Antithesi, opponens ferè toto cap. 8<sup>o</sup> ad Rom. spiritum & carnem, & Gala. 5. Hæc duo sibi iniucem aduersantur: caro concupiscit aduersus spiritum &c. Hæc cuiq; notissima esse existimo non negligenter per legenti noui testamenti libros. Si quis nondum fidem nos-

bis habet, is adhuc legat, tum re ipsa comperiet, ubi cunq; caro & spiritus opponuntur, carnem ibidem damnari tanquam uitiosam, contaminatam peccatis, & aduersantem Deo. Omnes huius loci sententias adducere, nihil est necesse.

Cum igitur sine contradictione uerum sit, quod caro, cum contra spiritum opponitur, non significat corpus Christi, sed ueterem hominem ex carne natum, pro certissimo relinquitur, quod etiam hoc loco Ioan. 6. (Caro non prodest quicquam) non sit intelligenda de Christi corpore, cum Christus carnem opponat spiritui. Nam sic perspicue eius habent uerba. Spiritus est, qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Verba que loquor, spiritus sunt & uita. Vides apertissime, carnem distingui a spiritu, & opponi contraspiritum, siquidem Dominus docet, spiritum & uitam esse in uerbis suis, non in carne: carnem autem pronunciat nihil conducere. Et quomodo conduceret, quando & spiritu & uita casreat? Quod si in ea neque spiritus est neque uita, nihil habet praeter peccata & mortem. Quis fuit unquam haereticus tam deploratus (exceptis Iudeis) qui sic sentiret de carne Christi? Veniant nunc Sacramentarij, experiantur suas uires, quid possint. Thrasonicè gloriati sunt, muro se ab aeneo cingi, si possunt gloriationem suam tueri, equidem spectator ero.

Conſisten

Consistente hac interpretatione, carnem hoc loco non significare corpus Christi, sed ueterem Adamum, & quicquid contra spiritum aduersatur, uel certe spiritu uacat, & non est spiritus (quod tantundem ualet, quam contra spiritum repugnare) bona spe sustentor, nos misellos non aberrasse longius à scopo, quando exposuimus carnem pro carnali intellectu. nam in carne uacula spiritu utique primas tenent & præcellunt intellectus, mens, uoluntas, cor & animus. Iam hoc concessio, quod caro non profit quicquam, tum neque mens, neque intellectus, neque uoluntas, neque uires, neque actiones quaecunque quicquam ualent, & necesse est hunc esse in hoc loco sensum uerborum Christi. Discipuli charissimi, qui offensi meis uerbis murmuratis, uos non recte me accipitis, prolabimini carnalibus uenstris cogitationibus ad opus ipsum, quod est corporaliter carne uesci, idque intelligitis eo modo, quod dentibus dilaniatur & in uentriculo digeritur, quemadmodum carnes emptae in macello eduntur. Iste carnalis est sensus mortem adferens, sic non do uobis carnem meam edendam, facessat caro, spiritu opus est, uerba mea sunt spiritualiter intellegenda de carne spirituali: omnia uerba mea spiritus sunt, proinde tum caro, tum esus, & quicquid est de quo loquor, sunt spiritus, intelligenda & usurpanda spiritualiter. Spiritus n. iniustificat, caro nihil pro-

dest. Quod si audent Sacramentarij pertinaciter insistere huic sententiae male intellectae, Caro non prodest quicquam, improbe nobis insultando, que tamē tam apud illos obscura & incerta, quam apud nos clara & certa est, quod ex diametro eis repugnet, non ferant indignè, si nos pertinaces mordicus teneamus uerba Christi, Hoc est corpus meum, que adeo sunt perspicua ac certa, ut nulla arte uel uiolentia patiantur se obscurari & trahi in aliquam ambiguitatem, cunctaq; phanatio-  
corum deliria ijs ad nihilum redigantur. Nondum enim usquam uidemus ullas scripturæ sententias, que his repugnant & recte opponantur, ut isti gloriari solent, propter quas discedamus a uerbis Christi, ut non fixi eis inhæreamus. Id sane per-  
spicimus, eos cæca captos persuasione intueri ueli-  
luti per uitrum coloratum, & putare, scriptu-  
ram multis locis uerbis Christi contraire, Sed mul-  
to uerius per omnia consentit, & istorum insanij  
reluctatur.

Cæterum ante omnes Zwinglius crassum atque ineptum satis architectonem se declarat, sic scri-  
bens ad Badenses, Quod ex carne natum est ca-  
ro est, ioan. 3. Quod si caro Christi editur, nihil inde-  
fit nisi caro. Vah pudor & dedecus hoc dicenti,  
& tamen pro sensu Eckij hoc sequeretur, Hec  
ille. Ne nos Sacramentarij homines estis nis-  
mis

mis audaces & superbi. Erga homines prae uos-  
bis fertis & simulatis singularem modestiam,  
mansuetudinem, & patientiam, Sed contra Dei  
verbum, oblii omnis modestiae, insolescitis, &  
tantum non insanis. Quam bellè autem ista  
consequuntur, Quod ex carne natum est, caro  
est. Ergo ex carne Christi manducata nihil  
nisi caro fieri potest. Sententia Christi Ioannis  
tertio loquitur de nativitate, propagatione &  
natura carnis, ille detorquet ad esum carnis Chri-  
sti: Vsq; adeo spiritus ille sue potestati & iuri subie-  
ctam habet scripturam.

Sentio Zwinglium hic loqui de naturali  
carnis generatione, quemadmodum panis &  
caro comesta uertuntur in carnem & sanguin-  
em illius qui uescitur, & hoc illum uelle, on-  
portere carnem Christi, si manducaretur, uer-  
ti in carnem & sanguinem, ut alij cibi, Atque  
huc inflectit dictum Christi, Quod natum est ex  
carne, caro est, bella scilicet consequentia, nu-  
meris & rythmis de gradibus prouentium (ut  
germanico prouerbio aiunt) simillima. Si uero  
haec illius fuerit sententia, edentem carnem Christi  
fieri carnem siue carnalem non spiritualem, multo  
uenustiores etiam (si superis placet) nobis couficiet  
rythmos, & docebit tandem sic cum ratione insan-  
re. Edens panem uertitur in panem, uescens farce

## 48 CONTRA SACRAMENT.

mine fit sarcimen, bibens uinum in uinum mutatur,  
Mirum lupos iamdiu non factos esse oves, quas tam  
multas deuorant. Sed has nugas missas faciamus.

Ceterū non ferenda est blasphemia, quod Sacramentarij uolunt, carnem etiam Christi intexere  
& implicare in hanc sententiam: Quod natum est  
ex carne &c. & non obscurè indicant, hoc se sen-  
tire, Christi carnem ex carne natam esse, quo ostendunt  
plus satis, quam pulchre intelligent caput S.  
Ioannis. Malignus spiritus impellit eos, ut talia cre-  
dant, & tam impia temere atq; obstinate effutire  
nihil uerantur. Quomodo fuerit possibile, eos ho-  
norificē & piē sentire de carne Christi, qui in eo  
pertant pertinaces, quod ex carne sit nata & caro  
sit: In eam uiam ingressi non possunt non negare,  
carnem Christi aliquid prodeesse, neq; poterunt tam  
nefando errori obſistere.

Nos uero miselli ministri Dei pisti, sic istam bla-  
phemiam retundimus: Adfirmamus Christi carnem  
pertinere ad alteram partem sententiae, ubi ait:  
quod natum est ex Spiritu Spiritus est, Etenim  
caro eius non ex carne, sed ex spiritu sancto nata  
est, quod etiam pueri totuīq; orbis in fidei Symbolo  
confitentur in hoc articulo, Credo in Iesum Chris-  
tum Dominū nostrum conceptū de spiritu sancto  
&c.

Et Angelus Matth. 2° apparens Iosepho in  
somno

somno ait, Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.

Et Luc. i. Marie angelum interroganti, quomodo fieret, ut pareret, quem non nouerat virum? respondit Gabriel, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, Ideo sanctum, quod ex te nascetur filius Dei uocabitur. Audis corpus Christi nasci de spiritu sancto & sanctum uocari. Necesse est ergo non carnem sed spiritum esse, iuxta sententiam Christi, Quod natum est ex spiritu spiritus est. De nullo alio homine ita loquitur scriptura, ut angelus de Christo.

Non allego hec dicta Sacramentarijs: nam illi contorto ore missitantes aliquantulum perfunctiorie ea transilirent, ut solent pro uirtutis & spiritus sui alta indole, sed nos indignos Capernaitas & carniuoros his confirmo & consolor aduersum fastuosum istum Diabolum, quia si progrediatur eorum hæresis, quod caro Christi nihil proficit, cito uenient Marcion, Manicheus, Valentinus etc. qui haereticam suam doctrinam spargant & dicant, Christum non uerum corpus, sed phantasma corporis habuisse, cum non consentiant hec inter se, Christi corpus non prodesse, & tamen uerum, corpus habere.

Ex citatis locis discimus, quid appelletur spiritus

## 40 CONTRA SACRAMENT.

tus, siue spirituale, quid caro siue carnale, ne oculos  
magistros aut digitos indices secuti carnem intelli-  
gamus uisibilem & palpabilem, sicut faciunt sacra  
mentarj, qui Christi corpus uocant inutilem carnem,  
Sed quemadmodum superius quoq; dictum est, spi-  
ritus seu spirituale intelligitur, quicquid est spiri-  
tus, & ex spiritu sancto uenit, quantumcunq; sit cor-  
porale, externum & uisibile: è diuerso caro & car-  
nale, quicquid existit ex naturalibus uiribus carnis,  
quantumcunq; fuerit internum & inuisibile. Nam  
sanctus Paulus, Rom. 8. carnis prudentiam uocat  
carnalem: & Gal. 5. recenset inter opera carnis  
etiam hereses, odium, inuidiam, que tamen omnino  
interna & inuisibilia esse dinoſcuntur. Quid si caro  
Christi à qua cunq; alia est segregata & præ omni-  
bus alijs sola caro spiritualis, non ex carne sed ex  
spiritu nata, quis abnuat, cibum quoq; eam esse spis-  
itualem? Si spiritualis, ergo æternus est, qui perire  
non potest, sicut ipse ait Ioan. 6. Operamini cibum,  
qui non perit, quem uobis daturus est filius homi-  
nis. Et iterum, Ego sum panis uitæ qui de cælo de-  
scendi, qui me edit, uiuet in æternum, & consequen-  
ter continuè per totum caput docet Christus carnem  
suam esse uerum & æternum cibum uitæ, qui uiui-  
ficit & seruet omnes qui eo fruuntur, quem non  
mantuantes adfirmat morte perire. Quid ita?  
Quia caro eius non est ex carne neq; carnalis, sed  
spiritua-

spiritualis, ideo neq; digeri potest, neq; mutari, q; perire non potest, ut nec alia omnia, quæ sunt ex spiritu: et omnino cibus ille habet aliam naturā, quam cibus corruptibilis. Mutatur hic in corpus uescensis eo, ille è contra mutat uescentem et sibi conformam reddit, nempe spiritualem, uiuum et eternum, qualis est cibus quo fruitur: ait enim Christus, Hic est panis de cœlo, qui dat uitam mundo.

Sive igitur edatur Christi caro corporaliter, siue spiritualiter, idem est corpus, eadem caro spiritualis, idem cibus nesciens perire, qui in cœna ore corporaliter, et corde spiritualiter percipitur, secundum Christi institutionem, uel solum spiritualiter mente per uerbum, ueluti docet Christus cap. 6. Ioan. Nā quod in cœna ore corporaliter sumitur, nihil ei detrahit, ut ideo sit necesse, quod fiat caro siue carnalis cibus, sed siue intret in os, siue in animam, idem est corpus, quemadmodum cum in mundo uersaretur, idem manebat Christus, siue in bonorum siue in malorum manus perueniret, Quapropter non debebat Zwinglius talem necdere conclusionem: Si Christi caro editur, Nihil inde fit nisi caro, Valet ea argumentatio, cum sermo est de carne bubula uel suilla, sic loqui cōpetit Capernaitis, sed hoc modo erat argumentandum, Si Christi caro editur, nihil ex ea fit nisi spiritus, siquidem est caro spiritualis, nec sustinet se mutari, sed mutat et edenti

confert spiritum. Cùm igitur hoc corpus nostrum obnoxium uermibus etiam habeat spem resurrectionis & uitæ æternæ, oportet, ut fiat spirituale, & quicquid in ipso est carnale consumatur, id uero efficit hic cibus spiritualis, qui perceptus corporaliter absumit carnē eius, & mutat ipsum, ut fiat homo spiritualis, hoc est, in æternum uiuus & sanguis. unde Apostolus scribit 1. Cor. 15. Resurget corpus spirituale, nam in huius cibi perceptione itares geritur, ut crassiore exemplo utar, ueluti si lupus ederet ouem, & ouis esset cibus tantæ uirtutis, ut mutaret lupum & faceret ex eo ouem. Ita nobis corporaliter & spiritualiter manducantibus Christi carnem, cibus ille tantam uim habet, ut in suam naturam nos immutet & ex hominibus carnalibus peccato & morti obnoxij faciat spirituales, sanctos, & immortales, quales etiam iam sumus, quamquam in fide et spe, necdum enim est reuelatum, in die glorioſi aduentus Christi clare id uidebimus.

DE

# DE VER BIS AVGVSTINI SV.

PER CAPVT VI. IOANNIS,

*Quid paras dentes & uentre? Cre  
de & manducasti.*



OC dictum Augustini nihil pa-  
trocinatur Sacramentarijs, licet  
uideatur ab eorum partibus sta-  
re. Cum enim Augustinus mentio-  
nem faciat dentium & uentris,  
pugnat eius sententia contra Capernaitas &  
Sa-  
cramentarios nostros, qui sentiunt Christi corpus  
debere dentibus lacerari, atteri, & in uentre dige-  
ri, perinde ac frustum aliquod bubulae carnis, Id ue-  
ro nusquam docent in orthodoxa fide recte institu-  
ti, neq; nos miselli sic docemus, quod isti pro certo  
sciunt, sed scientes ignorat. Eadem est sententia Au-  
gustini, ubi in psalmum 98 scribit, non editis corpus,  
quod uidetis &c. Scut ipse se declarat in preceden-  
tibus, q; eos reprehendat, qui putabant, Christum  
corpus suum dissectum in partes distributurum.

Quod si mordicus uelint inhærere his uerbis  
Augustini, auferent nobis omnino Christi carnem e-  
tiam spiritualiter, nam ita sonant, non sanguinem

bibetis qui effunditur, quasi alio sanguine et caro  
sit fruendum, quam Christi. Atqui non aliam carnem  
et sanguinem manducamus etiam spiritualiter,  
quam eandem ipsam, quae oculis exposita adfigebat-  
tur cruci. Non ergo Augustinus negat, aut reprehendit,  
Domini corpus et sanguinem sumi, ut uerba ipsius  
sonant, sed carnaliter ita manducare, quemadmo-  
dum comeduntur farcimina et panis, eaque dentibus  
attrita in uentriculo digeruntur.

Omnino hoc desideratur in sacramentariis, et  
in hoc hallucinantur, quod Christi corpus (ut ait  
Paulus 1. Cor. 11.) non discernunt ab alia carne,  
ac non aliter loquuntur de Christi carne, ac si esset  
corruptibilis, peritura caro, concoctioni et diges-  
tioni obnoxia, qualis in macello emitur, et coqui-  
tur in culina. Tam ceci sunt talpae, ut non uideant  
carnem Christi expertem corruptionis, interitus,  
et immortalem esse, ut Psal. 15. de Christi carne  
canit, Non sines sanguinem tuum uidere corruptio-  
nem, et caro mea requiescat in spe. Mors semel  
experta est uires suas, ut carnem Christi corrumpe-  
ret et consumeret, sed frustra, non ualebat eam con-  
sumere, uerum Christus morti uentrem et rictum  
dilacerabat, in plura, quam centies mille frusta, ita  
ut morti dentes excusi et disiecti euauerint, ipso  
resurgentem ad uitam immortalem. Erat enim cibus  
ille fortior et efficacior, quam ut morsum ferret  
et consu-

& consumeret, adeo ut deuoratorem consumpscerit  
 & conficerit penitus. Deus est in illa carne, Dei ca-  
 ro est, spiritualis est caro, est in Deo, & Deus in  
 ea, ideo est uiua, uiuifica, datq; uitam omnibus et  
 uescientibus, tam corpori quam animae. Si hoc unum  
 Sacramentarij potuissent perspicere, & admittere  
 ad animum, nunquam ad carnem amentiam essent re-  
 dacti, ut nos calumniosè carnuoros proclamarerent,  
 sed potius in finum suum inserviissent manus, &  
 (quod Germanice proverbialiter dicitur) suum  
 contrectassent nasum. Nam ipsimet uerè sunt &  
 appellantur Sarcophagi, qui in tanta causa tam cras-  
 sis, insulsis & carnalibus cogitationibus occupan-  
 tur, indulgentes stultæ & impie credulitati, quod  
 caro Christi, ut alia, sit inutilis & corruptibilis.  
 Interim omnis confidentia & gloriatio eorum in  
 hoc consistit, quod putant id sufficere ad uictoriam,  
 & iacta esse solida fundamenta ueritatis, cum scri-  
 ptura & patrum sententias inflectunt, peruer-  
 tunt & attemperant ad suas opiniones, cum inde  
 absit res longissime. (Refutat D. Lutherus duas  
 blasphemias Sacrametariorum, alteram, q; præsen-  
 tia corporis Christi in Eucharistia sit inutilis, al-  
 teram, q; non sit necessaria.)

Due sunt tetrae & abominabiles blasphemiae  
 Oecolampadij, quod querit ad quid conducat uel  
 necessaria sit corporis Christi presentia in pane Si  
 d 4

58 CONTRA SACRAMENT.

non demonstremus utilitatem & necessitatem, intendit inde concludere, nihil esse, nihilque habere ueri doctrinam de presentia corporis Christi in cœna. Quid dicam? quidue conquerar de Diabolica temeritate & petulantia? Esto, si non sit nobis in promptu, & facile demonstrare, qua ratione utilis sit & necessaria presentia corporis Christi in Eucharistia, num propterea Dei uerbum falsum & uanum insimulabitur? aut ad nostrum sensum & opinionem inflectetur? Piamens timens Deum alter se comparat & gerit. Prima illi quæstio est de uerbo Dei, Quod cum audit, ambabus manibus & pedibus explodit & reprimit disputationem de utili & necessario. Nam reuerenter & modestè intimore Dei respondet, O Deus fateor meam cæcitatem & ignorantiam, nescio quid mihi conducat, quidue sit necessarium, neque cupio temere id scire, uel inquirere, sed tibi fidem habeo, qui solus nouisti pro tua diuina sapientia, & optime mihi cupis pro tua paterna bonitate: satis habeo, & gaudeo, quod audio uerbum tuum, & tuam cognosco uoluntatem. Cæterum obsessi satanica superbia in uerso rei ordine, hac disputatione, (cui usui & ad quid opus sit) uolunt obruere Dei uerbum, collocat se in tribunali, Deum in ius uocant, & tanquam aliquem obæratum debitorem sibi constrictum postulant rationem reddere, cur sic loquatur, & talibus

bus utatur uerbis: In quem usum cedat: quid reser-  
rat ad eum modum loqui & agere? Nisi paratum  
habeat responsum, et edisserat, quis sit usus, que ne-  
cessitas, statim crucifigunt eum, ut maleficum ali-  
quem. Postea cum Iudæis gloriantur, non aliter,  
quam si indubitatae ueritati opitulentur, ac Deum  
magni sibi demereantur obsequio. Quis non ex-  
horrescat talia audire & tam grauiter impingunt,  
qui Dei uerbum ad hominum placita & captum uo-  
lunt attemperare:

Vos ergo cōpello Domini, qui sedetis ad guber-  
nacula, et tales habetis doctores, etiam atq; etiā uos  
moneo, attendite, quos habeatis concionatores, cre-  
dite laruas esse Diaboli, quæ sub hypocrisi & blan-  
dis uerbis, Diabolum Dei loco uobis ob oculos  
proponunt. In hac siquidem disputatione sese ape-  
riunt, & in clara luce manifestos se præbent, quod  
nihil prorsus rectè intelligent de uerbo Dei & fi-  
de. Sanctus Paulus Rom. s. ait, Nescimus quid petas-  
mus. Idem quodammodo etiam Ethnicus Socrates  
nouit cum diceret, Petendum esse à Deo, ut daret  
nobis utili: i: psum enim multo melius, quam nos id  
scire quæ nobis essent profutura. Nostri uero Sacra-  
mentarij cōtendunt ad altiora subuehi supra Deū,  
eīq; præfigere metam, & scire quid nobis expe-  
diat, & opus sit credere, ni faciat, astant dicturi illi  
in os, Mendacia profers. Si autem aliqua prædicti

## 58 CONTRA SACRAMENT.

essent intelligentia fidei, eiusq; uel scintillam alio  
quam sensissent, non ignorarent profecto, summam  
esse fidei uirtutem, præclaram indolem & glori-  
am, temere scrutari nolle, quorsum id uel conserat,  
uel opus sit, quod credit: fugit enim Deo præscri-  
beret, preformare & uocare in disquisitionem,  
quare, ad quid, ex quancessitate aliquid præcio-  
piat, aut mandet, & gaudet insipientiam suam a-  
gnoscere, dare Deo suam gloriam, & simplici fide  
ex eius uerbo pendere. Pudeat oduces cœcorum  
uos hæc adhuc ignorare, & tamen tot libros effur-  
ditis, seu euomitis potius in orbem, cum ingeni  
iactantia, ut in lucem exponatis uestram stulticiam,  
& inseitiam canam omnibus.

Deus mandabat Abrahamo, ut immolare et filium  
suum Isaacum, ibi Abrahamo penitus abditum &  
occultum erat ad quid id factu opus esset. Quod si  
ille uoluisset cum Deo contendere, aut cognoscere,  
quid inde boni consecuturum, quæ necessitas id  
posceret, aut Dei uerbum calumniari, quam mihi  
ille fuisset adeptus benedictionem? Non aliam cer-  
te quam Lucifer in cœlo meruit. Habebat mater no-  
stra Eva uerbum Dei interdicens, Ne ederet de  
arbore scientia boni & mali, accedebat tum ad illā  
seductor Diabolus eandem hanc quæstionem mo-  
uens, Cur Deus hoc præcepit? ac si diceret, ad quid  
prodest? ad quid opus est? Age nihil est, non id sibi  
uult

multe Dei uerbum, quod tu tibi persuades: et cum ea  
luminator falsum sensum adfingaret et Eua discen-  
deret a uerbo Dei, illa prolapsa nos omnes secū tra-  
xit. Persimili plane modo res ea gesta est, quo nos  
per Sacramentarios tentans adoratur, sc̄q; serpen-  
tino suo uentre arrepens, insinuat disputans, cur  
Christus corpus suum reposuit in pane? quorsum  
cōducit, quorsum opus est? quid restat nihil est, nō  
id uult uerbum Christi. Ita uenenata sua mendacia  
ac blasphemias uenditāt pro genulno scripture sen-  
su, et clarissima ac certissima ueritate. Hinc Paulus  
monet nos 1. Cor. 11. cauere infidias astutis serpētis  
dicens, metuo ut quemadmodum serpens Euam se-  
duxit astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, et  
excidant a simplicitate qua est in Christum. Quis  
infidias iuerit, hec esse uerissima! Sacramētarij ab-  
ducunt nos per imposturas suas a simplicitate uer-  
borum, (hoc est corpus meum) qua miram habent  
perspicuitatē. Sed detur sane possibile esse, Christū  
carnē suā dissectam in frusta uisibiliter et corpora  
liter dare edendā, quemadmodū Capernaitæ per-  
peram intelligebant, et ut sacramentarij somniāt,  
non ideo tamē fuerit inutilis, neq; recte dictū Chri-  
sti eō detorserint, Caro nihil prodest. Quare: quia  
obstat articulus nostræ fidei, quād credimus carnē  
Christi plenā esse deitate, plenā copia ēterni boni,  
uite et salutis, et quis de ea sumeret partē aliquā,

## 60 CONTRA SACRAMENTI

una sumeret Thesaurū aeterni boni, uitā, salutē, & quicquid est in sanctissima illa carne, & si crederet, haberet utiq; inde uitam & salutem, si uero nō crederet, nihil illum iuuaret, sed multo magis tan-  
cum bonum ei obesset. Iam impossibile est, carnem  
Christi concidi, diuidi, lacerari, corrumpi, & ins-  
terire, siquidem caro est saluifica, diuina, & incor-  
ruptibilis, contestante hoc Petro Acto. 2, his uer-  
bis. Impossibile erat Christi carnem detineri à mor-  
te, cùm predictum sit Psalmo 15. Non sines sanctū  
tuum uidere corruptionem, & Apostolo Ioanne  
cap. 18, ex Mose citante: Os non comminuetis ex  
eo. Semel pati et mori potuit, sed non amplius mo-  
ritur, non potest dessicari frustulatim, non diuidi-  
tur, non frangitur, non manditetur, non digeritur, nō  
corrumpitur, neesse est simul totam concipi, na-  
sci, gestari, edi, credi &c. Et ubi cunq; est, profit ne-  
cessere est, Nam nihil nisi utile & bonum in se ha-  
bet, & largitur omnibus uescientibus, præterquam  
ubi absq; fide est, Nam sine fide non conductit, ut  
Paulus testatur inquiens, Immundis omnia immun-  
da. & Rom. 14. Quicquid non est ex fide pecca-  
tum est.

Proinde repetens dico, uix aliam blasphemiam  
nostro seculo auditam esse execrabiliorē, à qua  
merito bone mentes abhorrent, quam quod Zuim-  
gilius & Oecolampadius non erubescunt effutire,  
quod

quod Christi caro non profit manducata corpora-  
liter, ne creditibus quidem, quasi uerum bonum  
desinat esse uita propter nostram usurpationem, et  
necessè sit substantiam & naturam eius mutari,  
prout ab hominibus edatur uel nō edatur. Et quasi  
sit caro uacua, & expers diuinitatis. Hinc infallibi  
liter iudicare licet, quod per eos Satanus mendax  
loquatur. Spiritus enim sanctus nō adeo sui obliuia-  
scitur, ut tam indigne & contumeliosè blasphemet,  
ac inutilem esse carnem proclamet, in qua ipsem  
Deus inhabitat, per quā nihil nisi bonū & omnibus  
modis utile operatur, ubi cunctis sit, siue in pane, siue  
in coelo, siue in corde. Neque quicquam subleuat eos  
gloriantur inanis, in alijs omnibus integrè Christum  
ab illis prædicari, et gloriam eius prouehi: quisquis  
enim in una parte seu articulo negat, blasphemat  
eum conuiciatur, in nulla alia parte recte de eo de-  
cere, neque honore afficere potest, sed hypocrisis &  
fucus sunt omnia quantumcumque splendore suo præ-  
stringant oculos. Nam aut totus Christus retinetur,  
aut totus amittitur, non partitur, nec diuidit se, ex  
toto corde & tota anima uult diligi & honorari.  
Diabolus autem per Sacramentarios præparat uiā  
alijs hereticis exoritur, qui dicen, Christum nihil  
esse, neque carnem neque diuinam naturam habere  
quēadmodum in primitiua Ecclesia contigit. Quod  
si hæc res nibil eos mouet, uec reuocat ad resipiscē-

## CONTRA SACRAMENT.

tiam, nec ceteros excitat, ut ab illis sibi caueat, Diabolus qui eos irretitos tenet, deprehendant et si giane, nihil est reliquum uel consilium uel auxiliu, scientes et prudentes resunt in exitium, absq; mea causa men culpaz, sanguis ipsorum super caput eorum. Ego monendo nusquam ipsis desui.

Etsi autem nemo pius cupiat scire, quid condiscat, quod credit corporis Christi presentia in pane, sed simpliciter in timore et humilitate uerbo Dei se submittat cui innititur, nos tamen indicabimus alii quot utilitates, quanquam non propter Sacramentarios, ut eos doceamus, qui nostra nihili pendunt, nec querunt, ut discant, sed Diabolus per illos nobis insultat.

Prima utilitas hec est, quod Spiritus elati sua sapientia, et magistra ratio excercantur et pudefiunt, ut superbi impingant offensi, et corruant, neque unquam participant cenanam Domini, humiles uero erecti surgant, et soli percipient Christi cenanam, et impletatur illud Simeonis Lucae 2. Hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum in Israe. Est enim apprime utile et bonum, superbos impie blasphemos ea ratione separari, ne sacrae coenae participes sint. Credunt Sacramentarij in Ecclesia christia solum panem et uinum esse, praesertim corporis et sanguinis Christi tollunt, proinde certo ita est, ut credunt, ita habent, neque aliud preter panem et uimum sumunt, neque corporaliter neque spiri-

spiritualiter communicantes.

Non postremū inter utilia et bona locū sibi hoc uendicat, nō inter indignos nostrum bonū dispergi, sed apud solos humiles sanctū & purū conseruari.

De altera utilitate attigimus nonnulla superius, ex Ireneo alijsq; ueteribus, quod nostrum corpus Christi corpore pascitur, ut spes nostra firma constat, corpus nostrum uitam habiturū aeternam, ab illo aeterno cibo corporis Christi, quod edit corporaliter, quae utilitas licet sit corporalis, est tamen permagna, et ex spirituali emanat. Christus enim etiā corpus nostrum in aeternum uiuificabit & glorificabit, quae res est multo maior, quam quod ad breue tempus nos pascit suo corpore. Ideo uult in nobis esse naturaliter (inquit Hilarius) tā in anima q̄ corpore, secundū uerbum suū Ioan. & qui me manducat in me manet et ego in eo. Si edimus spiritualiter, per uerbum spiritualiter manet in nobis ita. Si carnē Christi manducat corpus nostrū, manet in nobis corporaliter, & nos in illo, ut nos edimus Christū ita in nobis manet, & nos in Christo. Non enim concoquunt aut mutatur sed ppetuo nos immutat, aīam in iusticiā corpus in immortalitate ē: in hanc sententiā patres locuti sūt de corporali mādicatione.

Tertiam utilitatem spero euidentissimē demonstrari posse, nam necesse habent fateri, nos in coena habere uerbum Dei, nimirū hoc, quod dicit Christus,

Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur. Hic est sanguis meus, qui effunditur pro uobis in peccatorum remissionē. Viciſſim itaq; quero, An nō sit utile uerbum Dei? Si negant aliquid prodeſſe, cur dicit Propheta Eſaias cap. 55. uerbum Dei non redire uacuum abſq; fructu? Cur Paulus Rom. 1. uocat uirtutem Dei ad salutem omni credenti? Cur appellat uerbum uitæ, uerbum gratiæ, uerbum ſalutis, uerbum ſapientiæ? &c. nunquid uita, gratia, ſalus, ſapientia, potētia, uirtus, res ſunt inutiles, quid tum demum utile fuerit? Quid ergo adeo insaniunt noſtri ſatrapæ, quærentes, ad quid prodeſt Christi corpus in synaxi? quaſi uero diſputent de carne bubula: & cur Dei uerbum remouent ex oculis, perinde ac si habeamus coenam citra Dei uerbum. Quos hīc mihi dixeris eſſe Capernaitas & carniuoros? Nos habemus uerbum Dei in coena, hoc diffiteri nequaquam poſſunt: uerbum autem Dei infinita cōmoda affert, imo efficit omnia, parit, nutrit, ac corroborat fidem, uincit peccatum, Diabolum, mortem, infernum & mala cūcta, reddit nos Deo ſubditos, imo filios, & heredes Dei facit, glorificat Deum, gaudio cumulat angelos, exhilarat & delectat omnes creaturas. Hæc tanta bona in coena Domini omnia ad eſſe oportet, quandoquidē uerbū Dei habet coniunctū.

Atqui, oclamant illi, non quærimus, an uerbum Dei ſit utile, ſed quid per ſe corpus Christi in pane confeſrat?

conferat. Age age Luthere, age habes hic quod te  
probe exerceat, hic sudabis satis, sane est aliquid,  
cur animus excidat præ metu istius fastuosi spiritus,  
si tam sublimia & ardua disputare perget. Ego ue-  
ro si uiciissim obiecero ac dicturus sim: non patiar  
unquam corpus Christi separari à uerbo, fortassis me  
exibilarēt. Verum concedamus ea quæ isti somniāt,  
Christi corpus solum esse in pane, nec adesse ullum  
Dei uerbum, quod tamen est impossibile, contemple-  
mur obsecro, quid lucri, quām uictoriā sint repor-  
taturi, effugientes imbræ in aquam incident, uitantes  
Charybdim incidēt in Scyllam. Nam si adest cor-  
pus Christi absq; extero uerbo, non aderit tamen  
sine interno & ēterno uerbo, quod est Deus ipse  
Ioan. i. Nam hoc uerbum caro factum est, & est in  
carne. Iterū ergo quero, An ne Deus ipse prodesse  
queat? Certè cum in mundo cōuersaretur inter ho-  
mines tam proderat, ut omnes quos tangeret sua  
carne, sanaret. Voce sui corporis inclamans Laz-  
rum uocabat ex sepulchro, leprosum tangens mun-  
dabat, ambulans super mari, mergenti Petro porri-  
gebat manum, circunquaq; in Iudea obambulans  
faciebat miracula multa, & bene merebatur de o-  
mnibus. Ea nempe est illius indoles & natura, ut  
præsens ubi adest, beneficia sua præstet, qui fieret, ut  
in pane non prodesset cum tamen eadem illa sit ca-  
ro, idem illud uerbum, eiusdem naturæ, ut nō possit

## 66 CONTRA SACRAMENT.

non bono esse & conducere; Rursum obijciunt isti: Non uidentur neq; sentiuntur illa commoda & bona. O boni, id ne remoratur & obsistit uobis & uerè quidem ad Sacramētarios nullaredit utilitas, siquidem sentire & palpare uolunt, ne habeant necesse fide niti, quemadmodum sarcophagi & Capernati uolebant sentire mordicus, Nos autem contenti fide, scimus corpus Domini conducere, ubi ubi sit, si præsens in pane corporaliter fide manducatur confortat animam, per id quod credit esse corpus Christi, quod ore sumitur, alq; ita fides pendet à corpore præsenti in pane.

Iam neutiquam est inutile sed saluificum, quod fidem fulcit, portat & confirmat, itidem, os, caput, collum totumq; corpus, sumens corpus Christi suis commodis fruentur, ut uiuāt in sempiternū cum in nouissimo die resurgent ad æternam beatitudinem.

Hæc occulta illa est uirtus & utilitas de corpore Christi redundans in cœna in corpus nostrum, non enim potest non prodesse, neq; ociose aut frustra adest, Necessario igitur pro sua natura, confert corpori nostro uitam & salutem.

Hæc à me dicta uelim, si posset corpus Domini in Eucharistia præsto esse absq; uerbo Dei, sed id neutiquam fieri potest, adest enim uerbum Dei (hoc est corpus meum) quod comprehendit & exhibit nobis corpus Christi corporaliter, ideo oportet

Christi

Christi corpus per uerbum prodesse. Quod si Christi caro aliud esset nihil, q̄ caro bouis, & tamen uerbum Dei haberet additum, & iuberet edere eam, conduceret tamen propter uerbum.

Cum Abrahamo promitteretur filius Isaacus (qui tamen erat caro & filius naturalis) Abrahamus a Deo pronunciabatur iustus, quod crederet promissione, datum iri sibi illum filium, Rom. 4. Hic licebit Sacramentarijs disputare, quid Isaacus conferat ad fidem Abrahāmi, ac deinde contendere, Isaacum nihil unquam fuisse, spiritum adesse oportere, carnem nihil prodesse. Quid uero mirū, Isaacū uel carnem bubulam prodesse comprehensam & propositam in uerbo Dei, cum Diabolus, mors, peccatum, infernus & omnia mala cedant in bonum, & adiumentū p̄ijs, cum uerbum Dei ac fides accedunt? quod si mihi mors cedit in bonum corporis & anime, cum nitor uerbo Domini dicentis, qui perdit animam suam propter me, inueniet eam, atque ita mors necesse habeat per uerbum regere & confitare animam ad iusticiam & obedientiam fidei, & corpus meum perpellere ad uitam aeternā, non mihi corpus Christi uiuificum, salutare, & plenum Deotam conserret, per uerbum, quam, mors, peccatum. Diabolus, infernus, & quævis alia mala? Ceterū ista nō cadunt sub oculos & sensus. Sed heus tu, nec sensibus nec oculis expositiū est, Diabolum & mor-

tem per uerbum bono esse electis. Fides ea uidet & sentit. Accedite nunc (amabo) & nobis persuadete, quandoquidem mors sine Dei uerbo non prodest, sed obest, nec essario consequi, quod nihil sit, siquidē hoc iecisis fundamentū, id nihil esse, qđ nihil pdest, adeo ut corpus quoq; Christi nihil ualeat prodesse.

Ingens & fastuosa sapientia, qua extremitate despiciunt Dei uerbum, ueluti Oecolampadius facit in blasphemico Antisyngrammate suo, eō inducit illos, ne peruident in Eucharistia uerbum Dei, & solummodo imhient in corporalem mandationem, putantes uerbum Dei nihil nisi spiritualia debere proponere, et nullis omnino rebus externis & corporalibus occupari. H.ec quedam adhuc supersunt semina de spiritu Muntzeri & Carolstadij qui respuebant prorsus omnia externa & corporalia, quo ad tandem toti in carne absorberentur. Deus autem uice uersa agit, nullum uerbum aut mandatum comprehendens nobis offerat. Abrahamo dabant uerbum complectens filium Isaacum. Saul accipiebat uerbū de interficiendis Amalekitis: Noē dabatur uerbum inuolutū signo iridis. Sic progressus inuenies per totam scripturam, uerbo Dei annexam rem quamquam externā & corporalem, quod si Sacramentarios Duces & magistros sequamur, adfirmabimus stulte, eiusmodi res externas & corporas planè inutiles

imutiles & nihil esse. Consimili modo in cena, proponitur nobis uerbum, quo cōprehenditur corpus Christi pro nobis traditum, ut adsit nobis ad mandu-  
candum, eaq; manducatio cōducat ad remissionem  
peccatorum, iuxta id quod uerba habent, quē admo-  
dum oportebat Isaacum corporaliter Abrahāni filium nasci, secundum promissionem, & iridem cor-  
poraliter in cœlo consistere secundū uerbum Dei.

Quinetiam Sacramentarij nolint uelint, cogun-  
tur fateri, in sua illa spirituali communione aliquid  
corporeum proponi. Nam corpus Christi, etiam si  
scdeat ad dexterā Dei, nihilominus tamen corpus  
est, & res externa corporalis cōstans carne & ossi-  
bus, quæ spiritus non habet, ut ait Christus Lucæ  
ultimo, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut ui-  
detis me habere. Si tantopere illis placet, addictos  
esse Munitero, neq; ferre uolunt carnem & ossa,  
tum neque edent spiritualiter, quim edant carnem  
& ossa.

Quid uero interest seu potius quid confert am-  
plius, anima edere carnē & ossa, quam ore mandu-  
care? In ore si nihil est utile, quid in anima prode-  
rit, cum ubiq; eadem sit caro & ossa. Cæterū nihil  
admittunt, nihil habere sustinent, nisi spiritum, eum  
habent puta Diabolum, carnis & ossii expertem.

Equidem non indiligerenter hanc partem, quād  
externa nihil conferant, tractauī, scribens cōtra Ca-

## 70 CONTRA SACRAMENT.

rolstadium, & ea sic distinguida esse ostendi. Res externæ sine uerbo Dei nihil cōducunt, quales sunt traditiones. Papæ, res autem externæ annexæ uerbo Dei sunt utiles & salutares, siquidem hærent in uerbo, & fidem fulciunt, sicut paulo ante dixi de Isaaco & arcu coelesti, qui utriq; res sunt corporales, sed quia annexæ & cōprehensæ sunt uerbo Dei, oportebat Abrahamū fidem suā adfigere nascitura Isaaco in uerbo promisso. Diabolus autem cum suis phanaticis, hostis est tam infestus uerbo Dei, ut semper id ab externis rebus diuellere conetur. Deus autem non patitur distrahi sed indissolubili nexu ea coniungit. Ians quantumcunq; inclamet, in Eucharistia non solum sunt res externæ, sed coniunctæ cum uerbo Dei, Hoc est corpus meum, surdis tamen auribus trāsmittunt, tanquā insani ingemintes subinde, externa nihil prosunt, externa nihil conducunt, neq; ante desistet spiritus iste Muntzeri q̄ turbas dederit, quas ante excitauit. Etenim cuncte eodem ferātur spiritu, timendum est, ne eosdē proferant fructus. Nam qualis est arbor tales fert fructus. Etenim ex isto spiritu, seditionem doctrinam existere necesse est, quod Magistratus nulli sit usui, tanq; res externæ, quandoquidē auribus & oculis clausis, neq; audire neq; uidere dignatur, Magistratum cōprehensum esse in uerbo Dei & à Deo ordinatum, Rom. 13. Cuius rei fides, corā Deo certe nō est

est manus aut inutilis, & non potest spiritus ille nō turbulentē et seditiose agere. Res ipsa cōsideretur. Magistratus utiq; est res externa, & tamen fulcit fidem, & inter ea quae sunt fidei locū obtinet, propter uerbum cōplete tens magistratum Rom. 13. Sed his nihil efficitur apud dementatos, donec capita collisa fregerint.

Perq; autem scire uelim, unde cognitū habeāt, Vnum esse Deū, filium Dei assumpsisse humanam naturam, ad salutē, rectā requiri fidem, ac reliquos omnes articulos nostrāe fidei, qui nō cadunt sub rationis captum, utrum hos cognoverint ex spiritu, priusquam corporaliter & externē aliquid de his audierint uel legerint: hoc negaturos pro certissimo habeo, nam per externū uerbum, ex scriptura acceperūt. cur ergo detrahitur, externo uerbo, uis et efficacia sua, per quod datur spiritus sanctus unā cum omnibus suis donis? Ab cæca superbia eos hoc impulit, q; Christum ad dexteram Dei concluserunt, tanquam in cōclave aliquod, nec credunt eū præsentem adesse in uerbo & rebus externis, de quibus loquitur uerbum eius, ideo nesciunt, ut Sanctus Paulus ait, quid loquantur & de quibus affirment, affectantes esse scripturāe magistri, facti uani loqui, 1. Timothei. 1. alias de his copiosius & prolixius dicemus.

Porrò alteram hanc nobis quæstionē mouent Sa

## 73 CONTRA SACRAMENT.

cramentarij, quid opus est praesentia Christi corporis in Sacramento, fides absq; ea per Euangeliū prædicatū potest confirmari? Recte sane, iterū ne Deū in ius adducere libet, & cum eo expostulare inquirendo, quæ cum adigat necessitas, aut ad quid nos indigeamus, ut nobis uerbū & opus suū propo natum pro stultis nos habet? quasi nos nō & que atq; ille sciamus, quid tam nobis q̄ illi opus sit: num existimat, se ideo solum sapere, quia solus sit Deus, nosq; spiritu plenos docere & reformare presu mit? Si habet ille carnē & sanguinem nos habemus spiritum. Caro eius nihil prodest, spiritus noster ui uit. Aliā nos ei præcimemus cantilenā, meminerit, talia nobis dicat uerba, talia exhibeat opera, quæ pro sapientia & captu nostro intelligamus, nobis esse necessaria, sin minus, stat sentētia, q̄ erit nobis Capernaita Atreus Thyestes et carniuorus, nos finē respiciemus, ut se cōtra nos defendere poterit. Quid tibi hic placet spiritus? est ne sic satis submissus, modestus et bene moratus? ni fallor probe tēperat sibi, & abstinet Basileæ à maledictis, conuicijs & morsi bus & iuste reprehendit Lutherū iacentē plastra conuiciorum, & mordentem undiq;. At quinam ue rius male audiūt ob insectationes, maledicta et mor sus, illi ne qui maledici & mordaces insectātur Deū atque homines, an illi qui seductores redarguunt? Hoc demum uerē est trabem gestare in oculo suo,

&amp; fr.

¶ festucam in alterius oculo reprehendere.

Hæc altera est detestanda blasphemia Oecolam-  
padij: nam qui querit temere et præfractè, ad quid  
opus sit id quod Deus loquitur & facit, is effert se  
supra Deū, seqꝫ sapientiore Deo constituit: hic ille  
est spiritus Muntzeri, qui ore impuro nefanda ex-  
puens, dicebat se egesturū in scripturā, & Christū,  
si non ad spiritū ipsius sese attēperarent, & omni-  
no cum eo cōgruerent. Muntzerū mox ijsdem ue-  
stigijis insecutus Zwinglius, nobis affirmatibus, nos  
edere corpus Christi in cœna, inuisibili, & incōpræ  
hensibili modo, erupit in hæc uerba exclamās ad-  
uersus Christū: O præclarā lucem mundi, quā pul-  
chrè nos illuminat, si hoc non debemus scire, quo-  
modo corpus eius in pane edatur, non multū abest,  
quim eodē quo Muntzerus honore illū adficiat. Cor  
homini pio præ indignitate & dolore dissiliat, cū  
audit Diabolū cum suis phanaticis, tam petulanter  
& contumeliose uenenū suū effundere. Aut uolunt  
isti ratione metiri & intelligere, quomodo corpus  
Christi sit in pane, aut arguere pro falso, qꝫ adsit ibi,  
qui adsequi satis haud ualent, qua ratione fiat, qꝫ os  
aperiunt, lingua mouent, calamū manu capiunt, &  
his multo minutiora, quid dicā eos non satis intelli-  
gere quomodo uideant, audiant, loquantur aliasqꝫ  
corporalis uitæ exerceant functiones?

Res istas omnes sentimus & iudicemus in his uerba

mur, neq; tamen intelligimus, quo gerantur modo,  
 & audemus adhuc inquirere, & sub captiuo ac co-  
 gnitione nostram redigere, quo modo in pane cor-  
 pus sit Domini, & negare Christum esse lucem &  
 doctorem nostrum, si id nos suffugerit.

Quinquam autem nihil nos obliget, ut reddan-  
 tur ratio, ad quid praesentia corporis Christi sit ne-  
 cessaria in Eucharistia, ex abundanti tamen à me  
 id indicabitur.

Primo necessitas ponitur ex parte Dei, nam si  
 corpus Christi in coena non adesset, in uerbis suis fie-  
 ret mendax. En babes splendida specie illudens Dia-  
 bole, quæ necessitas regrat in coena corporis Christi  
 præsentiam. Deus enim uerax est: quæ dicit, facit,  
 & potens est ea facere. Cum ergo dicat, Hoc est cor-  
 pus meū, & uocula, hoc, demonstret panem, quod in  
 confessio est etiam apud Sacramentarios, necesse est  
 adesse ibi corpus eius, hæc necessitas spectat ad Dei  
 gloriā, ut retineat laudem ueritatis, quam sibi uen-  
 dicat, prædicans se esse ueracem & fidelem, Nos  
 bis uero non difficile fuerit credere, nō magnopere  
 hæc necessitatē attinere ad Deū spiritualem phana-  
 tiorū, neq; ualde cum de ea laborare, facile ferret,  
 Deū nostrū carneum & pistum, uanū ac mendacem  
 esse, qualis ipse fuit ab initio, non stare dictis, neq;  
 implere, quæ dicit, ut ipse consuevit.

Alteram necessitas inducitur ex parte nostræ fidei.


Nam

Nam fide in uerbum Dei nobis opus est, quandoz  
quidem eam ob causam nobis annuncietur, ut nos  
ei fidem habeamus, & Deus a nobis fidē requirat,  
ubi adest eius uerbum. Habemus uero uerbum Dei,  
quod corpus Christi comprehendit, & exhibit nos  
bis præsens. Ut ergo necessaria sunt uerbum &  
fides, ita necessarium nobis est corpus Christi uerbo  
compræhensum, ut recta fides nostra cum uerbo  
consentiat, cum illa duo, uerbum & corpus nō sine  
separanda: quod si separatum & absq; uerbo esset,  
tamen foret nobis necessariū, si quidem in eo est uia  
& salus. Objicitur nobis, hac extra Sacramen  
tum fieri posse, uerum, sed possent nos minus fieri  
absq; corpore Christi sedente ad dexteram Dei, an  
ob eam rem, ad dexterā Dei non erit? Possit item  
salus contingere, absq; Euangeliō: nam quis obſiſte  
ret Deo, quis uie prohiberet ne faceret, si placuisset  
illi, factō nos redimere, sine prædicatione, & hu  
manæ naturæ assumptione, sicut condidit cœlum &  
terram, & continue operatur, perficiens omnia in  
cœlo & in terra, absque extero uerbo, neque tan  
men nunc fit homo. An ideo nihil erit Euangeliū:  
quoniam autē placet illi per adsumptā naturam hu  
manā, nō per uerbū, & in cœna per panē dona sua  
dare, quis tu es Satana superbissime, & ingratifi  
me qui ausis disputare, cur non tali aut alio mo  
do id faciat? Tunc modum & metam Deo præſi-

76 CONTRA SACRAMENT.

ges pro tuo arbitrio? tuum erat præ gaudio exultare, quod Deus eo quocunq; illius uoluntati uisum est, faciat modo, dummodo tu consequaris salutem, Putas ne etiam mihi adlubescere posse, ut quæram, cum in omnibus concionibus, detur copia audiendi Euangelium & peragendi memoriam mortis Christi, quorsum opus est etiam insuper uti cena, ibi edere panem & bibere uinum? Quorsum attinet, sacram scripturam priuatim domi legere? Quæ est necessitas priuatim admonendi & consolandi inuicem, cum illa omnia in publicis concionibus fieri possint? Nonne pueriles & cæcæ sunt istæ cogitationes in tanta causa? Deo uisum est, replere mundum suis bonis, seq; uarijs modis exhibere ut nobis tum uerbo tum operibus suis opituletur & nobis suppeditet uires & robur: nos contrâ ita studiosi & delicatuli sumus, ut illi obsistere & cum solum modum admittere & ferre uelimus qui nobis placeat. Apage, totus niger & perditissimus es Diabolus. Hæc iam de his satis.

APPEND



# APPEN/

## DIX EX CONFESSIONE NE D. LUTHERI DE caena Domini.



V M scripsisse, quod caro Christi non pertineat ad priorē partem sententiae, Ioan. 3. Quod natum est ex carne caro est, sed ad hanc posteriorem: quod nascitum est ex spiritu, spiritus est, idq; à me esset probatum firmissime ex fideli nostre confessione & historia Euangeli, ubi Angelus dicit ad Iosephum Matth. 2. Quod in ea natum est ex spiritu sancto est, Et Luc. 1. ad Mariam, Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei, His validissimi testimonij scripturae nihil aliud opposuit quam nudum suum αὐτὸς ἐφη, hoc unū respondisse contentus etiam Christi carnē natam esse ex carne, me non recte, nūl nisi spiritum, ex ea facere. Nos uero scimus Christi carnē non posse comprehendē sub hoc dicto, quod natum est ex carne caro est, etiam si plus decies ingeminaret esse γνῶμην & uel quindam Allœuses suas cōmutationes, non aliter quam Trapezitae mensas suas, proponerent, nihil ad rem fecit, q.

78 CONTRA SACRAMENT.

fit γνῶμα. Christus Ioan. 3. sermonem habet de regeneratione, et veteris hominis carnalem generationem damnat, negans, quod ex carne natus possit uidere regnum Dei nisi regeneretur.

Sit ergo Anathema & maledictus, si quis dixerit, Christum esse carnem ex carne natam, nam caro Christi non est damnata, nec habet opus regeneratione, ut uideat regnum Dei, sed est sancta, nobisque a tulit nouam nativitatem. Deducendi sunt Sacra menta r̄i in scholam & docendi, quid significant caro & spiritus. Nam Zwinglius carnem intelligit creaturā, que non est spiritus, qualis est cōdita à Deo, de qua Christus dicit Luc. ultimo, Spiritus carnem & ossa non habet. Qui fuerit possibile, ut recte intelligat locū citatum, & similes in quibus damnantur caro & sanguis, cum constet omnes creaturas esse bonas Genes. 1. & Christus res à se conditas non damnat? Hac quidem ratione extra omnem controversiam est, Christi carnem & sanguinem extitisse ex Maria uirgine, sed quia caro & sanguis accusantur Ioan. 3. quod non possint uidere regnum Dei, cōsequitur, carnem ibi non significare creaturā, uidelicet, corpus, ossa, cutem &c. cum hæc omnia sint res bone conditae à Deo.

Proinde caro eo loco non significat simpliciter sanguinem, ossa, medullas, et reliquias partes corporis humani, ut sunt creatura Dei, sed accipitur in eo sensu,

sensu, ut est in sua natura, opere, usu, ingenio, mente, uoluntate, ceterisq; uiribus, et operationibus suis absq; spiritu sancto. Hoc scilicet sensu caro accepta non prodest quicquam, sed damnata est, ubi in rebus diuinis agit pro indeole & captu suo, Ideo non uoluit Christus nasci ex uiri semine propagatione carnali, ne ex carne, hoc est, carnis operatione, concupiscentia & uoluntate, sed ex solius spiritus sancte uirtute & operatione nascetur, absq; omni labe, & contagio peccati. Hinc caro eius tota est spiritus, sanctitas & mundicies nam quid poterit aliud esse sanctitas & mundicies quam spiritus.

Sacramentarij uero spiritum tantum intelligunt substantiam experte carnis & ossium, sanctitas, puritas & innocentia non habentur apud eos pro rebus spiritualibus. Ne indoctos se declarant stipites in his tantis rebus, uolunt docere multa & non intelligunt uerba, que sonant. Christus Ioan. 3. spiritum uocat etiam renatos ex spiritu, quos nemo negaverit habere carnem, ossa, medullas. Satis superq; de his scripsi in alio libro, sed si uel millies scribam, Sacramentarij tamen aut non legunt aut floccipendunt, Quam obrem illos missos facio.

F I N I S.

XV1923/q

Bq 238599-10

